

2.

COMMENTARIUS  
DE  
CANCELLARIIS

ET  
PROCANCELLARIIS BIPONTINIS

---

IN QUO SIMUL  
VARIA AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM  
CIVILEM ET LITTERARIAM PATRIAE  
PERTINENTIA ENARRANTUR

---

VIRO PERILLUSTRI EXCELLENTISSIMOQUE  
PHILIPPO CHRISTOPHORO BORNGESSER

J. U. D. ET S. C. M. PAL. COMITI

DIRECTORI ANTEA REGIMINIS BIPONTINI  
NUNC A KAL. NOVEMBR. AN. CIOCCCLXVII

CONSILIARIO INTIMO

ET  
CANCELLARIO

MUSARUM BIPONTINARUM NOMINE

OBLATUS.

---

Francofurti & Lipsiæ An. CIOCCCLXVIII.



2 Cr  
BIBLIOTHECA  
Summus LEIBNITIUS in epist. ad Guil. *Wottonum*, Theol. D. in Acad. Cantabrigiensi.

Unum petere audeo, ut quando Tibi ejus (R. Boylii) schedæ creditæ sunt, excerpti emittique cures, quicquid vel paulum memorabile videtur.

Et quantumvis frivola admiscerentur collectaneis, non ideo facile amittenda putem, quæ tantus vir servanda putavit. Odi eorum severitatem, qui multis nos præclaris rebus privant, dum nil nisi præclarum dare volunt. Quam multa enim speciem, quam merentur non habent, & sæpe eventu compertum est, quæ pro nugis reiiiculis habebantur, opinione præstantiora fuisse cet.

epp. a *Chr. Kortholto* edit.  
Vol. I, n. CLVIII, p. 248 sq.



GEORGIUS CHRISTIANUS CROLLIUS  
POPULARIBUS SUIS ERUDITIS S.P.D.

**E**st profecto inter artes virtutesque, quas Augustus Princeps noster habet ad tuendam patriæ salutem suamque amplitudinem maximas atque clarissimas, singularis illa, qua fere statim ab imperii sui felicissimi auspiciis de administris rei publicæ legendis eorumque ingeniis existimavit. Hac certe effecit intelligentissimus Princeps, ut eos hodie habeat a sanctioribus consiliis, quos prudentia, doctrina, integritate & humanitate præstantiores invideant nobis pleræque civitates, posteritas sancte venerabitur, nos vero vel maxime patriæ gratulamur. Intelligunt enim haud nostrates solum, sed exteri etiam admirabundi, quam præclare res nostræ constitutæ sint, ex quo sapientissimus Dux Virum generosissimum, non solum profapiæ antiquæ nobilitate, sed egregia etiam rerum gerendarum peritia gravitate & humanitate summâ illustrem, *Hans Asmus L. B. de ESEBECK*, Virum excellentissimum, Philippum Christophorum *BORNGESSER*, quem quanti ipse faciat quantique adeo ab omnibus habendus sit, hodie denuo videmus læti, ac Venerabilem senio prudentia doctrina religione ac fide, *Henricum Ernestum CRANZ*, ceterosque sollertia æquitate ar-



tibusque omnibus civilibus præstantissimos fuorum  
consiliorum participes fecit ac mandatorum confecto-  
res. Reveretur BORNGESSERUM , Themidis  
oraculum , civitas Bipontina , cujus salutis jam tri-  
ginta annos & quod excedit ( advenit enim d. XX.  
Maji an. CIOCCCXXXVII primus in curiam supre-  
mam ) feliciter adest ; colit diligitque inde a duode-  
cim annis parentem quasi suum tutoremque senatus  
amplissimus , cui rerum divinarum & humanarum  
procuratio , justis bonique custodia per universum  
Ducatum commissa est ; venerantur omnes nomen  
viri , cujus præclare de nobis merita optimus quis-  
que pie agnoscit ; denique cuncti admirantur illum ,  
qui adhuc honestissime , hoc est , non tam sibi , quam  
rei publicæ unus vixit . Itaque cum bonorum om-  
nium votum prærogativum fuisset novi honoris ejus-  
que summi , quo illum kal. Novembr. anni superio-  
ris Augustus Princeps ornavit , non ei , qui pridem  
omnia secum habet , sed patriæ vobisque maxime ,  
qui popularibus nostris lumen ingenii doctrinæ virtu-  
tisque præferre debetis , gratulamur . Voti enim com-  
potes facti , virumque sua virtute magnum Consilia-  
rii intimi & Cancellarii dignitatibus ampliorem jam  
videntes , facile existimabitis , eos , qui se reipublicæ  
consecrant , neque errore hominum , neque commen-  
datione fumosarum imaginum sola gratiosos fore fa-  
gacis-



gacissimo Duci , sed uni virtuti aditum ad honores  
fummos patere. Atque ego , qui post munificentis-  
simum Ducem mortalium neminem magis pie vene-  
rari debeo , quam illum ejusque in reipublicæ procu-  
ratione suprema collegas , optimequæ novi , quanto  
idem opere , more Cancellariorum superiorum fere  
proprio , qui ad unum omnes Musarum patriarum  
præsides scholæque illustris curatores exstiterunt , ho-  
die cum excellentissimis collegis consultum nobis ve-  
lit : animum induxi , Cancellariorum , qui a seculi  
XV fere auspiciis apud nostrates fuere ad nostram us-  
que ætatem , æque & procancellariorum laudes ge-  
staque libello complecti , atque hunc Viro perillustri  
excellentissimo atque , qui Cancellariorum nostrorum  
XV , aut si illis duos procancellarios addere velis , XVII  
est , Musarum nostrarum nomine ea , qua decet , re-  
verentia offerre ; uti sic quadam ratione appareat ,  
humanitatis studia potissimum pertinere ad pietatem  
viris de republica egregie meritis , tum defunctis ,  
tum vivis exhibendam. Habetis igitur , populares  
Musis amici , commentarium de Cancellariorum Bi-  
pontinorum XVI gestis integrum , cujus conscribendi  
auctores sumsi , quos infra laudavimus , viros pror-  
sus illustres *Val. Ferdin. de Gudenus & Joach. Ern. de*  
*Westphal* , quorum illum haud poenituit , Cancellariorum  
Moguntinorum conficere indicem , hunc au-



tem de Cimbricis ac Megapolitanis disputare Cancellariis. Addo jam, quem prologum scribens prætermiseram, neque nunc ad manus habeo, virum biographicis libellis clarissimum, *Lud. Melch. Fischlinum*, qui vitas præcipuorum cancellariorum & procancellariorum Ducatus Württembergici, Francof. & Lipf. an. MDCCCXII edidit. Studui autem, quantum per documentorum five copiam five penuriam licuit, vitis nostrorum etiam alia intexere, quæ lectoribus in historia patria curiosis haud injucunda fore, neque ab instituto omnino aliena arbitratus sum, ne nimium in unis illorum singularibus hæsisse viderer. At quamvis multum diligentiae & opellæ in res Cancellariorum nostrorum contulerim, fecerunt tamen & temporum primorum obscuritas, & majorum in illis posteritati commendandis negligentia, & otii, quod mihi homini in quotidianis laboribus iisque haud levibus identidem occupato exiguum est, inopia, & ceterarum difficultatum, quas ejusmodi institutum habet, copia, quo minus mihi ipse in hac lucubratione admodum placeam. Pauciores certe fuere ex multis, *Sitzingerus*, *Stiberus*, *Schwebelius* senior, *Hofmannus* & *Greiffencranzius*, in quorum laudibus commendandis alii præirent: ceteri omnes primum a me laudati sunt. Haud autem vereri debeo, ne quis me aliquos ita laudasse putet, ut imperitos in  
erro-



errorem inducere velim. Cognoscetis enim facile, viri humanissimi, quam forte nimia usus libertate in veritate aut eruenda aut tuenda quibusdam videri queam, atque sic pro æquitate vestra æquum de me feretis iudicium. Quemadmodum tandem nonnulli sunt, qui notitiam familiarum, quæ quamvis plebeie fuerint, haud tamen plebeja tulere ingenia, curatio-rem haud omnino improbent, ita quoque vir quidam egregie doctus & prudens, cujus iudicio, plus quam meo, tribuere soleo, præter *Koeteritorum* & *Langwirtiorum* nobilium tabulas etiam aliarum familiarum, ex quibus quatuor Cancellarii nostri, iique *Schorrius*, *Schwebelii* & *Pastorius*, fuere oriundi, schemata subungere monuit. *Weidenkopfforum* quidem & *Stiberorum* stirpes haud minus clarorum virorum feraces exstitere, cum ex illis præter *Jobum* Cancellarium, ejus filium *Jonam* & nepotem *Alexandrum* supremi tribunalis, quod Spiræ olim erat, Assessores, etiam *Joannes Eberhardus*, Jonæ, Consiliarii Limburgici filius, idemque consiliarius aulicus Slesvicensis, aliique nomen reliquerint; ex his vero *Jo. Frid. Stiberus*, Spirensis, Cancellarii nostri procul dubio nepos, Ictus eximius, a *Thomasio* in analect. Gütstrov. Catal. Biogr. cl. Polit. p. 125 sq. laudatus, non solum per se clarus evaserit, sed & filios literis apprime deditos reliquerit. Sed ad eorum sche-

mata



mata condenda non, quod satis erat, me instructum  
fentiens, malui ab iis abstinere, quam de generis am-  
plitudine quicquam delibare.

Quod reliquum est, vos rogo etiam atque etiam,  
ut quæ forte minus diligenter dicta aut errata levi-  
ora reperietis, condonare velitis homini parum in  
hoc historiæ genere versato, neque læta ad id supel-  
lectili instructo: si quis autem vestrum me docuerit  
meliora, ejus in me liberalitatem & in viros, quorum  
vitas certe adumbravis, pietatem gratissimo sem-  
per agnoscam animo. Scriebam festinanti calamo  
in Museo kal. Mart. an. CIOCCCLXVIII,





p. 1--13. *Prologus de Cancellariis Bipontinis, ceterisque consiliorum publicorum praesidibus generatim.*

*Series Cancellariorum & procancellariorum, quorum vitae describuntur*

p. 13-17. I *Nicolaus Langwert de Simmern Canc.* 1430-1449

p. 18-21. II *Joannes Langwert de Simmern C.* 1457-1502

p. 22. *Joannes Meisenheimer, Consiliarius & Secretarius*

p. 23-49. III *Jacobus Schorr ab Hasell C.* 1529-1533

p. 49-55. IIII *Henricus Hasse de Lauffen C.* 1534-1538

p. 56. V *Jacobus Rottenburger C.* 1538-1541

*Albertus de Kirckel Secretarius & Cancellariae Director* 1541-1543

p. 57-61. VI *Jobus Weidenkopf ab Ockenheim C.* 1544 sq.

p. 61-64. VII *Michael Han C.* 1547-1555

p. 65-92. VIII *Ulricus Sitzinger ab Hohenstein C.* 1553-1559

p. 88-92. †† *Wolfgangus a Koeteritz Consiliarius*

p. 93-96. VIII *Joannes Stiberus, procancellarius* 1559-1568  
*dein Cancellarius ad an. usque* 1585

p. 97-115. X *Henricus Schwebel, Senior, C.* 1585-1610

p. 115-117. †† *Gallus Tuschelin Consiliarius*

p. 118-124. XI *Balthasar Hofmann, C.* 1610-1623

p. 125-129. XII *Joannes Henricus Schwebel, junior, C.*  
1624-1635

p. 130-134. XIII *Joannes Ulricus Neuphard, procancellarius* 1635-1656

XX

p. 134-



- p. 134-138. *Post intervallum XXXX fere annorum*  
 p. 138-146. XIII *Fridericus Pastoir, Procancellarius 1659-1701*  
 p. 147-151. XV *Christophorus Nicolai a Greiffencantz, C. 1704-1715*  
 p. 152-156. XVI *David Haumüller a Mühlenthal, C. 1724-1733*  
 p. 157-212. *Fasciculus epistolarum Sitzingerianarum XXI ex seriniis Georgii Christiani Joannis.*

*Tabulae genearchicae Langwirtiorum de Simmern, Schorriorum, Köteritiorum Schwebeliorum & Pastoriorum.*

*Series magistrorum aulae & curiae Bipontinorum; quorum in hoc Commentario mentio fit, curis secundis auctior.*

*Index personarum, quae in hoc commentario commemorantur.*







## PROLOGUS.



Nulla fere est historiæ virorum de republica meritorum, si ab ipsis principibus discefferis, pars, quæ magis ad ipsius reipublicæ notitiam pertineat, quam quæ in vitis meritisque Cancellariorum enarrandis versatur. Hi enim fuere semper consilii publici principes, auctores rerum laudabiliter in civitate gestarum, quos adeo honorificentissimis elogiis semper & ubique ornatos constat. Antiquitus & hodie Cancellarium regum principumve *cor, os, manus oculosque* & esse & haberi, in vulgus notum est. Sed animus non est, titulos laudesque, quibus generatim Cancellarii dignitas efferrî solet, colligere, atque illius officium partesque describere. Quemadmodum enim tam altum ego neque sapio, neque sapere debeo, ita nec opera abutar in re jam a doctissimis summisque viris illustrata. Satis sit, nominasse *Mallinckrotios, Lanovios, Thulemarios, Schilteros, Struvios*, ceteros, quorum de archicancellariis, vicecancellariis, cancellariis ac secretariis commentationes junctim edidit clarissimus *Jacobus Wenckerus* (a). Plerique quidem auctorum istorum in historia ac serie Cancellariorum imperii ac regionum nectenda versantur, neque tamen inter eos desideres, qui generatim de officio Cancellarii disputarunt. Rariores sunt, qui Cancellariorum provincialium notitiam aperiant; at sunt

A

hoc

---

(a) Volumine, cujus index est: *Collecta archivi & cancellariæ jura*; quod utinam auctius denuo prodeat!



\* \* ) o ( \* \*

hoc præstantiores viri, qui etiam hac in parte supplementa historię provincialis a se ornatę scripserunt, *Valentinus Ferdinandus de Gudenus* (b) & *Jochimus Ernestus de Westphal*, quorum ille *elenchum Cancellariorum electoralium Moguntinensium* ad nostra usque tempora diligentius congestum edidit (b) hic vero *de Megapolitanis ac Cimbricis Cancellariis* copiose disputavit (c). Horum exemplo nobis ad imitandum proposito contenti quoque erimus eorum commemoratione, quę ex domesticis documentis de Cancellariis aulę & provincię Bipontinę discere licuit, inde a seculo XIII usque ad nostra tempora.

II. Neque vero nobis defunt antiquiora vestigia Cancellariorum tituli, quem sibi sumserint dynastarum egregię libertatis virorum in provincia hac cisrhenana & Vosagica notarii seu protonotarii. Documentum profecto ejus rei vetustissimum nobis præbet charta an. DCCCXXXVIII scripta dudum a nobis edita (d), qua Willigarta, nobilissima Franca cum nepote suo Werinhero comite monasterio Hornbacensi curtim Willigartawisa cum proxima silva in pago Spirensi donavit, ab ipso imperatore Ludovico pio confirmata. Ita nimirum illius finis se habet: *Actum in Gylnheim manu Sygebaldi cancellarii confirmatio autem facta Lutramnesforst sub Siggero comite XI kal. Junii*. Quum Gelhemium villa fuerit, non regia, sed illorum ipsorum dynastarum Francorum, atque facta ibidem donatio antecesserit confirmationem in Lutramnesforst factam, denique inter regios Cancellarios nullum Sigebaldus cognitus sit *Mallinckrotio & Lanovio*, vel in collectione scriptorum & documentorum *Bouquetiana* amplissima

(b) In *Sylloge I variorum diplomatariorum &c.* p. 499-556.

(c) In præf. ad Tom. III. *Monim. inedit. rerum Cimbric.* p. 13. sqq.

(d) In *Orig. Bipont.* P. I, cap. III, §. VIII.



plissima reperiatur, dubium superesse nequit, quin is SIGEBALDUS CANCELLARIUS Werinheri comitis ac dynastæ Franci fuerit notarius. Sed rariora sunt hæc vestigia Cancellariorum inferioris, quam regiæ dignitatis, neque igitur illis istos persequi lubet, licet.

III. Ex quo autem Germaniæ proceres non solum terras patrimoniales, sed etiam beneficiarias jure regio imperii summi æmulo administrarunt, etiam cancellarias, hoc est, imperii civilis officinas, instituendi iisque Cancellarios præficiendi facultatem habere cœperunt, ita tamen, ut soli principes comitesque potentiores honorificentiores Cancellarii titulum proprie adhiberent ad eos honestandos, quos rebus civilibus gerendis, secretariorum & scribarum cohorti atque publicis scriniis seu tabulariis præficere debebant (e); ceteri vero status imperii, ut comites minores, civitates imperii liberæ, quid enim dicam minorum gentium dominos nobilesque, ab eo abstinerent, ut plurimum Secretarios, cancellariæ directores, syndicos & scribas civitatis nominasse contenti (f).

IV. Quemadmodum vero principes ecclesiastici notarios suos ineunte seculo XIII protonotarios, dein secretarios, heimliche oder oberste Schreiber, tandem Cancellarios,

A 2

rios,

(e) Cf. *Got. Struvii Diss. de Cancellario principis* cap. III, apud *Wenckerum* l. c. p. 173. & *Ahasveri Fritschii Tract. de jure Arch. & Cancell.* cap. III, apud eund. p. 21 seq.

(f) Civitates imperii tamen nonnunquam olim modestiæ fines hac in parte transgressas esse, observari licet. *Wenckerus* quidem in *Obf. r. ad G. Aebbtlinum* (vide *Appar. & Instrucl. Archiv.* p. 15. sq.) *Sebastianum Brand*, syndicum & scribam civitatis Argentinensis, Cancellarii titulum usurpasse recte contendit. Verum id stilo oratorio, & studio honoris condonandum fuit.



rios, observante L. B. de *Gudenus* (g) appellarunt inde ab anno MCCCCXXX (h): ita nec recentior est, imo paulo antiquior Cancellariorum in hac provincia dignitas, quippe quæ statim, ex quo Ruperti III Palatini electoris & cæsaris filius Stephanus ad comitatum Bipontinum una cum aliis terris in tractu Hundsruock, ceterisque per divisionem illam terrarum inter quatuor fratres an. MCCCCX factam regendum accessit, in consilio ejus æque & foceri, Friderici comitis Veldentini ultimi, effulgere cœpit; quod Cancellariorum nostrorum antesignanus NICOLAUS LANGWIRT de SIMMERN, primo loco laudandus, abunde demonstrabit.

V. Quod vero pridem observarunt eruditi, principum consiliarios fuisse equestri ordinis homines (i), idem exempla domestica docebunt dein adferenda. Horum apud nos primas tenebat, qui simul aulæ præfectus erat ac purpuratorum princeps, magister & aulæ & curiæ, Hofmeister, antiquo & illustri loco natus. Quum autem præter eos opus esset viro haud vulgaris doctrinæ, æque prudenti & in rebus agen-

---

(g) loc. cit. p. 500 & 524.

(h) Neque etiam antiquior est series cancellariorum Trevirensium, quorum copiam suppeditant indices *Hist. Trev. dipl. Hontheimianæ*.

(i) Laudamus instar omnium *Christ. Lud. de Scheidt*. Is in libro, quem inscripsit: *Historische und diplomatische Nachrichten von dem hohen und niedern Adel in Teutschland &c.* p. 128. sq. inquit: *Der Landesherr hatte ordentlicher Weise keine andere Raethe, als aus dem Ritterstand, auſſer daß zuweilen das Cunzler - oder wie es damahls genennet wurde, das Schreiber - Amt, weilen der Adel damahls in studiis nicht geübet war, an geistliche von burgerlichem Stande kam.* Loquitur vero auctor de sec. XIII. A seculo certe XV nulli apud nos cancellariæ præfuerunt, nisi laici; interque eos etiam viri nobiles.



agendis, expediendis versato, adjungi illis oportuit, qui in omnibus negotiis præiret Cancellarium, plerumque conditionis civicæ & plebejæ virum. Eadem de causa, præsertim ex quo judicium imperii supremum, quod vocant, camerale institutum erat, atque jus civile Romanum invalescebat in judiciis, ordinationibus judiciariis maxime adjutum, legebantur quoque qui a consiliis essent, legum periti, iique honoribus Academicis ornati *Rechtsgelehrte Râthe*, qui vel apud ceteros de jure responderent, vel in causis principum caverent, vel in curiis juri dicundo præessent. Quemadmodum igitur curiæ & aulæ magister, consiliariorum equestris ordinis princeps, omnes anteibat dignitate (k), ita primarius ex jureconsultis, Cancellarius, mens quasi erat consilii publici, idemque præses cancellariæ, legum rescriptorumque moderator, scriniorum magister, custos sigillorum. Dirigebat cancellarius collegarum negotia & consilia, imperabat secretariis, registratori seu tabularii præfecto, scri-

A 3

barum

- (k) Tanta is auctoritate pollebat, ut ipsius etiam principis non minus, quam ejus ministerialium & officiatorum censorem agere auderet. Sed dicat hoc potius ipse dux sapientissimus Joannes I, cujus *ordinatio cancellariæ* d. 27 Jan. an. 1586 confirmata cap. XLVII sub initium hæc de magistri aulici officio statuit: *Vnser Hoffmeister soll jederzeit, wie wir wollen, ein getrewlich vffsehens vff vnserer Persohn haben, vnd so wir etwas, das vns oder vnsern Erben, auch vnserm Land vnd Leuthen, es were gleich was es wolle, zu Verweiß, Nachredt, Verkleinerung oder Nachtheil kommen mücht, redten oder thäten, das soll er seines besten Vermögens vorkommen, vndt vns jederzeit vndt sonderlich, wo er an vnserer Persohn etwas sträfliches sehe, dauor getrewlich warnen, vndt vns sein bedenken vndt vrsachen anzuzzeigen nit vnderlassen, daß wir anch genediglich von Ihme jederzeit vffnehmen, vnd vns der Gebür darunter halten sollen vndt wollen. Gleichergestalt soll Er auch ein getrewliches vffsehens vff alle vnserer Khaet, Amtdiener vndt Befelchsleute haben &c.*



barum cohorti &c. Denique is erat secundus a principe, sicuti primus ab eodem erat aulæ præfectus.

VI. Omnes vero five equestris five civici ac plebei generis consiliarii, simpliciter dicebantur olim consiliarii Rätthe, ex quibus, qui seniores erant, ac peritiores & fideliores existimabantur, sanctioribus adhibebantur consiliis, quales plerumque erant, qui gravissimis muneribus defuncti honorem consiliarii extraordinarium adepti erant. Scilicet alii consiliariorum ordinarii erant, & ut ita dicam, ad residentiam obligati, alii autem extraordinarii five honorarii, Rätthe von Haus aus, quos in gravioribus negotiis adhibere, consulere, & ad ea obeunda evocare solebant principes nostri. Illi quidem sec. XVI sub Wolfgango duce ejusque filio Johanne dici cœperunt Canzleirätthe & Hofrätthe. Seculo demum XVII consiliariorum principes vocantur consiliarii sanctiores, Geheime Rätth. Quam vim diversæ istæ appellationes hodie habeant, non est, quod dicamus.

VII. Procurabat autem senatus sub auspiciis tum principis ipsius, tum aulæ magistri & Cancellarii, omnia quæ tum ad statum publicum pertinent, Regiment, tum ad causarum in prima vel secunda instantia dijudicationem spectant, Hofgericht, tum quæ feudalia erant, Lehenhof, tum sec. XVI & XVII res ecclesiasticas. Seculo enim XVI jam inde abstracta vulgaris redituum procuratio, quæ consiliariis peculiaribus mandata erat, atque adeo secretario proprio indigebat, qui tum vocabatur Kammer-schreiber & numerarii simul provinciam sustinebat. Distincta igitur in senatu agitabantur consilia; alia, quæ regimenti & cancellariæ, alia quæ judicii aulici, cujus præsidem agebat judex aulicus, Hofrichter, unus ex consiliariis equestris ordinis; alia quæ curiæ feudalis erant; hinc triplex genus secretariorum, quorum princeps erat secretarius cancellariæ, alius secretarius judicialis,  
Hof



Hofgerichts Secretarius, alius feudalis Leben Secretarius (1); hujus & istius personam plerumque unus idemque sustinebat.

VIII. Itaque Cancellarius, in quo maxime reposita erat cura rerum civilium, tum publicarum, tum forensium, rerum feudalium & ecclesiasticarum, unus erat cancellariæ & scriniorum magister, cunctis, quorum erat gesta in literas redigere, tabulas actaque adservare, præerat, denique sigillorum & majoris, & curiæ feudalis, & judicii aulici custodiam agebat, ipse graviora negotia expediebat, cetera sub auspiciis suis peragenda mandabat collegis ac secretariis. Tali igitur præside rerumque gerendarum auctore & actore nunquam carere poterat senatus principis. Itaque si nemo aderat, qui Cancellarii honorem haberet, illius certe potestatem tenebant vicarii, vel Procancellarius, vel cancellariæ director, vel secretariorum princeps, vel senior consiliarius cum hoc ipso cancellariæ secretario. Habebat enim semper post Cancellarium protosecretarius auctoritatem non solum in ceteros secretarios & scribas, sed & absente illo quadam ratione in ipsos consiliarios (m). Tanta cum eorum esset præroga-

(1) Scribimus hæc fide tum documentorum, quorum non nulla infra inferemus, tum laudatæ ordinationis cancellariæ subnixi.

(m) *Ordin. cancell.* cap. LII vom Ambt vndt Beuelch eines Cantzley oder obersten Secretarien. *Vnser Cantzlei, Secretarius soll allweg daran sein, auch so oft es vonnöthen, bei dem Cantzler vndt andern vnsern Rhäten fleißig anmahnen, daß dieser vnserer Ordnung in allen Punkten -- getrewlich gelebt vndt nachgesetzt werde -- Dergleichen soll im Abwesen vnser Cantzlers, im fall wir keinem andern die Verwaltung der Cantzley befehlen, sich der ordentlichen Geschäft, so sonst dem Cantzler -- zu verrichten ist, souiel ihme müglich getrewlich annehmen, vndt die andern Rhät, so oft es die Notturfft erfordert, daran mahnen auch Ihme dem Cantzler zu seiner Ankuft von den fürnembsten puncten Relation thun &c.* Idem quoque sæpius simul consiliarii partes habebat, atque sigilli minoris cancellariæ custos erat perpetuus.



rogativa, aliquoties factum est, ut ipsi munere suo optime defuncti Cancellarii dignitate potirentur. Sensim vero huius secretarii auctoritate decrescente (n), auctoritas absente aut mortuo Cancellario, sive Procancellario, sive direttore omnis esse cœpit penes seniorem ex consiliariis.

IX. Magister curiæ idemque summus aulæ præfectus, Hofmeister, qui in archipalatinatu dicebatur Groshofmeister, quamvis in curia esset primus a duce, atque gravissimis negotiis adhiberetur tum domi tum foris obeundis, nunquam non a latere habebat Cancellarium in rebus publicis. Spectabatur in illo quidem generis nobilitas, prudentia usu exercitata, integritas gravitasque excellens, neque vero prisco- rum temporum ratio pati videbatur, ut fortissimus quisque doctrinæ civilis subsidiis esset instructus. Nihilominus in illis plerisque, qui seculo XVI hac dignitate ornati fuerunt, prudentiam quandam singularem rerumque usum hoc magis admirari debemus (o), quo magis sequiori tempore etiam a civilibus artibus equestris ordinis homines abstraxerunt studia militaria. Quemadmodum vero post curiæ magistrum in consilio principatum tenebat Cancellarius, ita ille in aula habebat comitem seu socium, aulæ præfectum, Haushofmeister, alias mareschallum, ita ut hic ipsius auctoritatem revereri deberet (p). Quod ad ordinem, qui inter purpuratos

(n) Quod factum esse suspicor, regnante Friderico duce, haud adeo in viris ad negotia fideliter obeunda deligendis felice.

(o) Excellentes sane viri ista ætate fuere, *Ludovicus ab Eschenau*, *Christophorus Landshadius a Steinach*, *Wernherus a Zeiskheim*, quorum merita laudesque in primis data occasione celebrare animus est.

(p) Etiam seculo XV Palatinis ille vocabatur mareschallus, cum nostra in provincia serius quoque diceretur Haushofmeister. Atque is semper ex nobilitate legebatur.



tos hosce reique publicæ administros intercedebat, attinet, de ejus prærogativa nulla fere illis suboriri videbatur æmulationis causa. In compositionis inter Fridericum victoriosum electorem & Ludovicum ducem nostrum tabula an. MCCCCLXIII hic illis assignatus legitur ordo, ut primus sit magister curiæ supremus, dein Cancellarius, tum marschallus, tum protonotarius, tandem ceteri consiliarii nominentur (q). Factum tamen est, ut quando tum magister curiæ, tum Cancellarius se munere suo abdicabant, consiliarium honore retento (r), eorum successores, & ætatis & ceterorum meritorum ratione habita, illis cederent. Sed mitamus hæc.

X. Superest, ut de tertio præsidum genere dicamus. Ex quo enim tempore Wolfgangus dux sæpius absens erat, quippe qui non solum aliquantum temporis Friderici II electoris in Palatinatu superiori locum tenuit (s), sed etiam bellicis expeditionibus a reipublicæ administrandæ cura avocari se subinde passus est; atque illum magister aulæ sequebatur:

B

opus

- 
- (q) Quod jam observavit præclarissimus *Kremerus* in *historia Friderici I, electoris Palatini*, patrio sermone scitissime scripta L. VI, p. 629 not. 9; Vide documentum ipsius in adjuncto *Codice diplom. N. LX*, p. 318.
- (r) Scilicet sæpius factum est, ut ob laborum multitudinem & gravitatem, eorum maxime, qui in legationibus obeundis consistebant, munera commutarent, vel præfecturis, vel consiliarium honoribus, nullam certe splendoris deminutionem passuri.
- (s) Quam vicariam administrationem haud tamen inde ab an. 1544, uti fere omnes scriptores asserunt, adesse putandus est. Friderici II electoris fratrem, Wolfgangum sapientem, a pio nostro heroe, Wolgango Bipontino, distinguendum, an. 1545 Vicegerentis officio functum esse in provincia superiori Palatinatus, demonstrat pactum agnatorum principum Heidelbergense d. 11 Febr. 1545 in *Tolmeri Cod. dipl. n. CCXXII*, p. 166 sq.



opus erat vicario ducis, qui illius locum apud nos teneret, vicegerentis, *Stadthalter*, titulo illustris (t). Hic igitur eodem fere, quo magister curiæ, functus est officio atque ita ex mandato agebat, ut Cancellarium in rebus cum auctoritate gerendis adjunctum haberet (u). Similes illis fuere, aut potius majori auctoritate tempore imperii Suecici produces Bipontini, quos vocabant *gubernatores generales* (v).

XI.

- (t) Primus, qui vicegerentis dignitate auctus sese mihi obtulit, est *Wernherus Zeisskheim* an. 1551. Post ipsum an. 1555 literis Ambergæ d. 24 Aug. datis a Wolfgango duce, designatus est locumtenens *Johannes de Schwartzenberg*, cujus in locum an. 1558 25 Dec. successit *Guilielmus Cranz de Geispoltzheim*, consiliarius ante & satrapa Bipontinus. Hujus sub initium anni 1561 absentis vices agere iussus est *Wolfgangus Wamboldus* ab *Vinstatt*, consiliarius, iudex curiæ & satrapa Bipontinus. Rediit quidem eodem anno *Cranzius* ac munere suo functus est, sed tamen postea illud dimisit, in Lotharingia consiliarii ac provinciæ Germanicæ ballivii officia suscepturus. Quo facto vicegerentis provinciam adiit illustrissimus dynasta de *Hohengeroldseck*, *Quirinus Gangolfus*; qui cum simul tribunus militum esset, Wolfgangi ducis in Galliam expeditionem facientis comes ibidem d. 3. Oct. 1569 prelio occubuit, conf. *B. Herzogii Elsassische Chronik* L. V. p. 129. Postquam vero eodem anno d. 11 Jul. Wolfgangus fortissimus ipse princeps ex hac vita excefferat, Johannes princeps, heres ducatus Bipontini, apud fratrem majorem in aula Neoburgica commoratus est usque ad an. 1575, quo temporis intervallo reipublicæ nostræ cura commissa fuit consiliariis regentibus, quibus præerat vicegerens *Johannes Landschadius a Steinach*, Christophori filius. Tandem advenit ipse exoptatissimus princeps ad gubernacula reipublicæ an. 1629 obuius nobis fuit *Joannes Casimirus Colbius de Wartenberg* vicegerens.
- (u) En verba ipsa literarum inaugurationis: *Also daß er mit vnd sampt vnsern ime zugeordneten Cantzler vnd Rethen vnser eigen Fursteuthumb vnd Landschafft seine gebuer von vnsern wegen handhaben solle &c.*
- (v) Postquam ducatus avitus Bipontinus, (quem a gallis occupatum inde ab obitu Friderici Ludovici ducis rexit primum gloriosissi-



XI. Exstincta familia regnante Landsbergenſi in Fridrico Ludovico, duce ultimo, ante quam ob violentam Gallorum poſſeſſionem Suecorum rex ducatus aviti imperium ſuſcipere poſſet, illi tanquam in medium conſulturus præeſſe cœpit CHRISTIANUS II comes Palatinus Birckenfeldenſis, atque ſapientiffime terrarum Bipontinarum adminiſtrationem temporibus periculorum & miſeriarum pleniffimis geſſit ad annum uſque MDCLXXXIII, quo Suecorum rex Carolus XI adminiſtratricem eſſe voluit CHARLOTTAM FRIDERICAM, Wilhelmi Ludovici quondam principis heredis viduam. Atque ſereniffimus Chriſtianus II magiſterio aulæ curiæve abrogato, virum generoſiſſimum atque reipublicæ gerendæ peritiſſimum, PHILIPPUM MELCHIOREM STEINKALENFELSIUM dynaſtam, qui illud noviffime tenuerat, primarium porro eſſe in ſenatu, ſed *Praefidis* titulo deinceps ornari voluit. Sic intercudit illa principum inter purpuratos ac primariorum reipublicæ adminiſtrorum dignitas. Novum vero præſidentium officium, quod ab aulico munere diſjunctum

B 2

ſolum-

---

mus princeps Chriſtianus II Birckenfeldenſis uſque ad an. 1693, dein vero approbante Suecorum rege Carolo XI adminiſtravit ſua quadam ratione Charlotta Friderica, princeps Bipontina vidua, tandem per pacem Riſvicenſem plane & liberrime ad unam normam P. W. reſtitutus eſt Suecorum rex potentiſſimus Carolus XII illi præfecit producem, *Gabrielem Oxenſtierna*, comitem, Thuronis filium, an. 1699, atque huic d. 28 Febr. 1707 denato ſucceſſit *Henninges L. B. a Stralenheim*, qui cum tandem ſeſe haud fatiſ obſequentem ac liberalem exhibuiſſet STANISLAO LESZINSKI, Poloniarum regi & hoſpiti Bipontino, regis ſui iram expertus, atque per literas regias d. 9. Aug. 1718 Stromſtadii datas non ſolum abdicatus, ſed etiam hac in urbe cuſtoditus, ſucceſſorem an. 1718 accepit *Stanislaum Poniatovſky*, comitem, parentem STANISLAI II, qui hodie in Polonia ſapientiffime regnat. Verum is vix tres meſes ab aduentu ſuo huic ducatu præfuerat, quum Carolo XII rege præmature exſtincto, Guſtavus Samuel Leopoldus imperium hujus ducatus ipſe adiret.



solummodo civile existit, nimium sic affine Cancellarii officio, ex eo tempore cum hoc nunquam conjunctum visum est. Itaque Steinkallenfelsio præfidi defuncto nemo successus est, sed Cancellariorum auctoritas, qualem per XXXX annos nulli obtigisse viderat Bipontum, revocata exerceri cœpit viguitque in FRID. PASTORIO Procancellario, atque post hunc in CHRISTOPHORO NICOLAI de GREYFFENCRAZ Cancellario. Rediit per vices præfidis dignitas sub initium Gustavi Samuelis Leopoldi ducis in PHILIPPO FRIDERICO SCHORRIO de HASEL, dein libero barone de & a SCHORRENBURG dicto, quo tamen an. MDCCXXVIII ineunte gratia muneribusque orbato (x), Cancellarii honos restitutus est in DAVIDE HAUMÜLLERO a MÜHLENTHAL. Quum autem ille sub finem anni MDCCXXXIII sibi migrandum esse ratus fuisset, atque serenissimus quondam princeps, CHRISTIANUS III, primus ex Birckenfeldensibus dux anno insequenti ducatus aviti regimen suscepisset, adduxit is virum illustrissimum GUILIELMUM ERNESTUM L. B. DE WREDEN, præfidem ante designatum regiminis Sponhemici, qui consiliarii intimi ac præfidis Bipontini munia ac dignitates adiret (y); cui gravissimis plurimisque negotiis domi forisque occupato adjungendum duxit serenissima vidua tutrix CAROLINA virum illustrem *Ludovicum de Savigny*, consiliarium regiminis atque consistorii Sponhemici Trarbacensis, jam directoris cancellariæ & collegæ sanctioris consilii partes suscepturum. Post hujus

- 
- (x) Post *Schorrenburgii* fatum *Joannes Henricus ab Hofmann*, rei venatoriæ magister, simul aulæ magisterium suscipere iustus est a duce, genero suo, d. 4 Maji 1724. Sed officii hujus ratio neque veteri curiæ magisterio similis neque diuturna fuit.
- (y) Opera ejus usus erat serenissimus dux Christianus III, in celebri illa pactione de successione Bipontina ac Veldentina, quæ Mannhemii an. 1733 d. 23 Dec. confecta fuit.



jus obitum (z) illiusque discessum senatus amplissimi & cancellariæ directio aliquantum temporis relicta est viro perillustri, *Ferdinando de Jacob in Hollach*, consiliario intimo. Sed an. MDCCLV placuit serenissimo principi, ut senatui tutorem & quasi parentem constitueret virum perillustrem PHILIPPUM CHRISTOPHORUM BORNGESSER, cancellariæ tum directoris titulo ornaret, eundemque inter sanctioris consilii collegas versari juberet. Atque hic ipse, virtutibus suis meritisque consecutus nuper est summum consilii intimi & Cancellarii honorem, quem ipsi cum maxime gratulamur, atque seriffimos in annos felicem faustumque patriæ precamur.

I.

Cancellariorum Bipontinorum primus, qui nobis innotuit, est NICOLAUS LANGWERT de SIMMERN, isque familiæ Langwertiorum de Simmern, quæ inter equestres locum invenit, primus parens, quem cum certitudine statuamus (a). Quamvis autem definire haud queamus, quando & quibus gradibus ad dignitatem istam adscenderit, docent tamen ipse primus Bipontinorum dux, STEPHANUS, atque hujus focer FRIDERICUS comes Veldentiæ ultimus literis die ultimo Octobris an. MCCCCXXXIII conscriptis (b), hunc

B 3

suum

- (z) Obiit nimirum vir præstantissimus d. 4 Febr. 1740 relicto unico nominis paterni ac virtutis herede Christophoro Carolo Ludovico de *Savigny*, qui nuper consilii intimi Iltenburgici Biersteinensis honore defunctus est.
- (a) Vide *Jo. Maxim. Humbracht in Stematographia nobilitatis Rhenanae* inscripta: Die höchste Zierde Teutschlands u.
- (b) En earum particulas, quæ huc facere possunt: *Wir Stephan &c. vnd Wir Friederich Graue zu Veldenz vnd zu Spanheim, bekennen vnd tun kunt offenbar mit diesem Brief gein allermenglich, das wir angesehen vnd merklich bedacht han, das Nicolaus Langwirt, von Siemern vnser Cancellor vnd Schreiber lange Jare*



suum Cancellarium jam a multis annis in plurimis gravissimisque negotiis ministerium ipsis præbuisse & diligens & fidele, eaque de causa egregie beneficos sese erga eundem præbent, omnem ei securitatem adversus incommoda quævis, quæ ipsi ex servitiis fideliter præstitis nasci possent, promittunt, denique etiam sibi ejus filium Johannem ad officia civilia

---

*und Zyt, in großer Arbeit flüssig gewesen ist, und uns getruwlich getienet hat, dardurch wir bewegt sin, als wir auch an rate vnserer frunde funden haben, solichs gein yme zu erkennen und auch mit gnade gift und freyheiten zu versehen, die er sine leptage von uns und vnsern Erben geruglich haben sal, als hernach geschriben stet --- und obe er siech blindt lame oder sust swach wurde, von verhengnisse Gott des allmachtigen, in des gnaden wir und yederman stene, oder ob er altershalp, vnser schreiberey nit usgerichten konnde, und solcher sachen halp vrlaub hiesch, wie odir wann sich das fuhet, so sollen und wollen wir yme den vrlaub gutlicher gonnen, und doch sine Leptage --- geben werden und gefallen lassen ---- Wan auch der obgenante Nicolaus von todes wegen abegangen ist, den Gott lange gefryst, ist es dann das sin husfrau Gerhuse und Johannes ir beyder sone ym vberlebet, so sollent sie beyde und ir iglichs sin leptags --- genießen. ----- Wir Hertzog Stephan und Graue Friederich haben auch dem obgnen Nicolao siner Hussfrawen Gerhusen und Johannes ir beider sone die gnade und verschreibung getan und zugesagt obe sie alle dru, oder eins Wernher von Monsheim irem Sweher Vatter und anherren uberleben, den Gott lange fryst das sie dann solicher gift gnaden und Lehen, wie die wernher von uns beyden hait --- und vvir versehen sie alle dru mit solchen guter und Lehen vwie er die von uns hait, ytz an, und stellen yne die zu ----- Wir beyde Hertzog Stephan und Graue Friderich obgnen haben auch betracht nach vyl Muge und mancherhande ubunge Arbeit und sachen, die der obgnen Nicolaus in vnserm Dienst getruwlich getan hait, darzu nit yederman eine Wolgefallen macht han, und demselben Nicolao gerette Versprochen und auch mit gutem vwillen in sundern gnaden zugesagt ---- Datum Meissenheim vigilia omnium sanctorum anno Dni MCCCCXLIII.*



vilis suscipienda devincire student. Fecerunt ea dicti, princeps ac comes, cum consilio suorum, *Rete und Frunde, Brenner von Lewenstein, Henne von Randeke, Johan Mülnsteine von Grumbach und Henne von Gauwersheim*; atque filiorum suorum nepotumve, FRIDERICI ac LUDOVICI principum assensu confirmanda curarunt. Ex illis igitur colligimus, Nicolaum *Langwirt*, *Simmerensem*, Cancellarium, jam tum in officio ætatem prope exegisse mediam, aut certe ab illius flexu haud procul abfuisse. Quod autem isto tempore rarum fuit, atque in curia archipalatina etiam hoc seculo inauditum (c), ex laicorum ordine erat, neque tamen non prudentia rerum civilium, atque agendi scribendique peritia excellentior. Quodsi enim cogitamus, quot quantasque res ac controversias STEPHANUS dux suorum commodorum providentissimus inde ab anno MCCCCX gesserit fere perpetuas, quibus enarrandis haud sufficeret hic libellus, haud nimios esse potuisse Stephanum ducem & Fridericum comitem in efferendis remunerandisque hujus viri servitiis. Asciverat Fridericus comes jam inde ab an. MCCCCXVIII generum suum ducem in consortium terrarum suarum, easque tandem an. MCCCCXXXVIII cum Stephano duce inter hujus filios ac nepotes suos ita dimisit, ut Fridericus post avi obitum comitatus *Sponhemici* partes, hoc est, anterioris duas quintas, posterioris semissem, Ludovicus autem comitatum *Veldentinum* & superiorem & inferiorem obtineret, quibus utriusque partibus etiam paternarum terrarum portio-

---

(c) Inde ab an. MCCCCLII Fridericus victoriosus elector Palatinus usus est Cancellariis ex ordine sacro lectis, quales fuere *M. Johannes Guldenkopf & Matthias a Rammingen*, ex quibus hic etiam *Spirensis* ecclesiæ præsul factus provinciam Cancellarii archipalatini retinuit; conf. ampl. *Kremerum in vita Frid. I. p. 524 sq. & 629.*



tiones adjiciendæ forent (d). Itaque quum tam arcto nexu provincie Bipontinæ ac Simmerenses cum Veldentinis & Sponhemis conjunctæ essent, haud mirari fubeat, quare tum Stephani ducis tum Friderici comitis fuerit a Cancellaria. Superstes tamen Friderico Veldentino comiti anno DCCCCXXXVIII defuncto fuit Cancellarius noster, atque tum regestum sive repertorium omnium reddituum, ex terris illis percipiendorum aequè & expensarum composuit, quod instar normæ foret in tuenda dignitate principum nostrorum (e), tum patris Stephani, tum filiorum Friderici ac Ludovici, qui jam hereditatem ab avo materno relictam adituri erant (f). Quam diu postea Nicolaus officio suo functus sit, quandovè vitam honestissime & laboriosissime actam finierit, dicere certo non possumus. At reliquit is ex conjugè *Gerhusa*, filia *Wernheri* de *Monsheim* herede (g) filium virtutis ac

- 
- (d) Divisio hæc 1438 facta an. 1444 paulo ante obitum Friderici comitis Veldentini denuo tum ab ipso tum a Stephano duce in vim testamenti confirmata est. Ab an. 1438 in regestis stipendiorum. quæ in aula Veldentina Meisenhemensi quotannis expendi solebant, memoratur *Nicolaus Langvirt* Cancellarius.
- (e) Ita vero illud inscripsit Cancellarius: *Regestum der Ordenunge in den Landen des Hertzogthums der Graueschafft von Veldentz die von geheysß myns gnedigen Heren Hertzog Stephans vnd myns gnedigen Jungh. von Veldentz seligen mit rade irer Ret Johan Mülnstein, Henne von Gauvershim vnd Nicol. Langvird von Siemern Cancellor entphohlen ist off das Ierliche gulden geracht die scholt gemynret vnd auch der staid nach der gelegenheit gehalten vverde.*
- (f) Auctoritatem tamen paternam verituri. Itaque Ludovicus princeps ipse primus feuda Veldentina a dominis directis petiit ac recepit.
- (g) Quod docent tabulæ paulo ante not. (b) allatæ. Minus rectè igitur *Humbractus* in tabula gentis Langwertianæ Nicolao assignat uxorem *Gertrudim Blickiam de Lichtenberg*.



ac dignitatis paternæ æque & bonorum feudorumque tum paternorum, tum avi materni heredem, *Johannem Langwirt.* (h). An. MCCCCXXXVIII vita officioque nondum defunctuserat *Nicolaus.* C II.

- (h) Addimus denique Nicolai patris literas reverfales, quæ respondent literis beneficiariis modo laudatis, atque primam Johannis filii notitiam continent: *Ich Nicolaus Langvirt von Siemern erkenne in diefem Brieffe als der hochgeborne Fürfte her Stephann ꝛc. vnd der wolgeborne graue Friederich graff zu Veldentz vnd zu Spanheim myn gnedige liebe Herren vnd Jungherren mich myn leptage mit Gelt Frucht vnd Wein versehen vnd mynen lone gebessert auch myn hulfravn vnd Johannes mynen sone, obe sie mich überleben begnadiget haben nach lute des Briefts den ich daruber inhan, des geredden vnd versprechen ich Nicolaus obg. in guten truoven by dem eyde, den ich den obgnten mynen gnedigen Herren vnd Jungherren getan han, das ich bey iren gnaden vnd iren Erben verliben vnd in allen iren sachen nach mynen besten synnen vvitzen vnd verstentnuße getruvelich dienen, raten vnd tun sal, so ferre ich mag, vwie vvo vnd vvan mir das gepurt, ané alle geuerde. Doch obe ich über nacht svvach wurde vnd solichs an min libe, odir an den synnen, mit gram, odir der arbeyd zubringen mocht, so sollent ir beyder gnaden, vnd ir erben, mich des gnediclich vnd gutlichen erlassen. In der maß der brieff vviset den ich von iren Gnaden inhan. Ich versprechen vnd geredden auch vor Johannes mynen sone, des ich obgnte myne gnedige Herren vnd Jungherren odir ir erben dunkt das er yne zu dienen beqvvelich sy vnd des begerent, so solle er yne gehorsam sin, vnd getruvelich dienen, vvarzu er gut ist vnd sich aller baste schiken vvirdet, vff soliche gnade die sie yne getan habent, vnd auch dann vmb sinen Zerlichen dinst noch siner Gelegenheit aber tun sollent, vnd er fall auch nimmerkeyne andere herren odir stede gesuchen gedienen odir offnemen, sonder sine leptage by der obgt. myner gnedigen herschaft, iren erben, vnd irem Lande, verliben vnd ane iren vwillen vnd vvisen von yne nimmer gevwichen in dheine Wyse, vnd ich Johannes des obgt. Nicolaus sone soll u. vvill myn leptage getruvelich vnd gentzlich stede vnd veste halten, vwie vnd vvas myn lieber Vatter, von mir, den abgt. mynen gnedigen Herren vnd Jungherren dauor*



## II.

Qui post patrem sub quatuor ducibus, Stephano, ejusque filio Ludovico nigro, duce Veldentino, atque ex hoc nepotibus Casparo & Alexandro per L fere annos dignitatem officiumque Cancellarii summa cum laude administravit JOANNES, LANGWERT DE SIMMERN, egregie demonstravit, non vanum fuisse augurium, quod de adolescente an. MCCCCXXXIII captaverant Stephanus dux, & Fredericus comes Veldentinus, quum futurum sibi suisque heredibus ministerium ab ipso muneribus liberaliter collatis paciscerentur. Jam enim inde ab anno MCCCCLVII Joannem gravissimo Cancellarii honore illustrem in actis regestisque tabularum invenimus obvium, haud dubitantes, quin is jam ante hanc provinciam sustinuerit, cum inter patrem & filium haud alius intercesserit Cancellarius. Hinc vero patet, ipsum jam STEPHANO duci, qui anno demum istius seculi LVIII imperium per L annos gestum vitamque dimisit,

(a) ad-

---

*zugefagt vnd versprochen hait, vnd auch mich mit keynem elichen Wybe verandern ane irer gnaden vvisfen vnd vwillen, vnd han das alles globt vnd zu den heyligen gefsvorn, Des zu Orkunde han ich Nicolaus myn Ingesiegel an diesen Brief gehenkt vor mich vnd den obgnten mynen sone, des ich Johannes vnder deselben myns lieben Vatters Ingesiegel, bekennen getan han, vnd das, vwie Jung ich byn, myn leptage vvole behalten vil, doch vvan ire gnade, odir ire erben so ich alter vwurde, begerten von mir solichs zu ernuvern des vil ich aber gehorsam sin, ane alle vviderredde. Datum vigilia omnium sanctorum anno &c. XLIII.*

\* Locutio wan er zu sinen tagen Kompt subindicat, Joannem, Nicolai filium, annos quidem pubertatis transgressum fuisse, idemque valide de se suisque ministeriis aliquando fideliter exhibendis promississe, sed minorem annis fuisse. At de impuberibus sollemnis erat prisca locutio, wan er zu sinen Jahren Kompt. Quod quidem observasse haud supervacuum videtur, cum utrumque phrasin promiscue quidem, sed minus vere sumfisse intelligam Ictos haud incelebres, & novissime, qui corpori juris germanici Senckenbergiano operam suam adhibuerunt.



(a) adfuisse consiliarium Cancellariæ præsidem. LUDOVICO dein nigro, Veldentini comitatus domino, etiam comitatus Bipontini hereditatem adeunte, atque per totam fere vitam cum vicinis, maxime FRIDERICO I electore fortissimo, & per disceptationes & per vim decertante, quivis facile intelliget, quæ quantaque negotia Joanni Langwertio, consiliariorum principi, fuerint obeunda. Atque idem ducis sui bellicosi castra ubique secutus in fatali illo bello, quod Ludovicus dux, tanquam cæsarís & imperii legatus, Reichshauptmann, adversus Fridericum heroem inuictum an. MCCCCLXX & sequenti gessit, adfuit & armis (b) & consilio, reque infeliciter gesta præcipuus pacis auctor exstitit (c). Talibus laboribus, quos enarrare nimis longum foret, gratiam heri sui omnino meruit, atque præmiorum subinde ac beneficiorum tulit mercedem. Tanta certe in eo erat prudentia fidesque, ut ejus consilio ac ministerio se destitui nollent etiam post Ludovici obitum

C 2

tum

- 
- (a) Annum 1459 fatalem demum fuisse Stephano duci, recte statuit *G. C. Joannis* in notis ad *Parei hist. Pal.* p. 181 atque in vita ejus germanice brevibus descripta § XXIII & XXV tum argumentis tum auctoritate *I. L. Beutheri*, bibliothecarii quondam Bipontini, probavit. Non solum vero d. 6 Febr. 1459 superstes fuit, quod monuit collega mihi conjunctissimus, *Frid. Exter*, in serie numorum palatinorum illustrata, quam inscripsit *Versuch einer Sammlung von Pfälzischen Medaillen* etc. § XXXIII p. 48 sq. Sed bonam anni partem ipsum vixisse docet inscriptio arcis Meisenhemensis, cujus pars, dicta *der Stephans Stock*, eodem jubente an. 1559 exstructa est. Legere licet illam in orat. *de Meisenhemio*, curis b. parentis mei, *J. Ph. Crollii*, an. 1727 Biponti edita p. 12, not. \*
- (b) In indice aulicorum & ministerialium, qui tum ducem secuti sunt, primus a duce legitur: *Johan Langwirt sines gnaden Cangler V Pferde*. Sequitur: *Wernher von Esch Hofmeister III Pferde* etc.
- (c) cf. ampl. *Kremerum* in *vita Frid. I*, L. V, § XVII, p. 448.



tum filii Caspar (d) & Alexander, qui uterque virum egregium beneficiis auxerunt. ALEXANDRO dein solirerum potito consiliorum dux adfuit comesque perpetuus (e). Hunc quidem ad comitia illa Wormatiensia, ob pacis publicæ profanæ & iudicii supremi cameralis constitutionem celebratissima, proficiscentem comitati sunt *Adamus de Soetern*, aulæ curiæque magister, & *Joannes Langwert de Simmern* Cancellarius (f). Quod ad ejus collegas attinet, tum superioris ordinis, tum inferioris, habuit is per longum istud temporis spatium plures. An inter illos jam referre oporteat Bernhardum *Kranich de Kirchheim*, qui an. MCCCCXXXVIII magistrum curiæ gessit, incertus sum. At certi sunt, qui ab an. MDCCCCLXX

- 
- (d) Is d. 13 Aug. 1390 Cancellario huic suo feudum castrense in arce Circella suo & fratris Alexandri nomine indulgit ad normam antiquioris investituræ; cf. Statum causæ antischorrenburgianum &c. inter adjuncta N. XXXVI, p. 38.
- (e) Qua ratione Caspar exciderit imperio, idque sibi uni arripuerit Alexander dux, clare edisserit historicus coævus, *Ladislaus Suenthemius* in famil. com. palat. apud excell. *Oeselum scriptt. Boic. T. II, p. 579* (Caspar) *fuit simplex, probus & pacificus & per fratrem suum Alexandrum captivatus, & in carceribus adhuc detinetur, quia fuit vox & fama, quod principatum suum vellet tradere in manus Palatini Rheni Philippi*. Scilicet Caspar & patri, qui cum uxore sua Johanna testamento an. 1479 sanciverat, ut alter quoque filius Alexander particeps esse deberet hereditatis, cet. & fratri huic suo iratus, postquam uxoris Amaliæ obitu spem procreandæ sobolis abiecerat, an. 1481 Philippum electorem agnatum principatus, quem sibi tanquam seniori soli deberi contendebat, heredem instituit. Quamvis igitur aliquantum temporis post Ludovici patris obitum (an. 1489) fratrem Alexandrum in imperii consortium ex testamento paterno admittere deberet, varia tamen in fratrem machinatus fuisse videtur, quæ hunc impulerunt, ut illum in carceres coniiceret, in quibus vitam consumsit ad an. usque 1527.
- (f) Cf. *Hertzogii Chron. Alsat. L. II, p. 150.*



MCCCCLXX idem tenuere *Wernherus de Esch* (g) *Johannes de Schwartzenberg* (h), *Fridericus Blick* (de Lichtenberg) (i) *Dietherus de Frawenburg* & *Adamus de Soetern* (k). Collegis in cancellaria usus idem est obsequentibus *Petro de Bergzabern*, scriba seu protonotario, dein *Johanne Meisenheimer*, secretario, de quo quædam postea dicemus. Diem tandem obiit supremum d. V Jun. an. MDII (l), atque ex *Otilia Meyia de Lamsheim* filium reliquit heredem *Georgium Langwerdt* de *Simmern*, qui dein partem beneficiorum in molendino Bœbelshemensis eamque ad feudum castrense in Kirckel spectantem vendidit *Jacobo Schorrio de Hafell* atque in Rhingaviam concessit, sedem familiæ a se propagatæ novam constituturus (m).

C 3

Inde

- (g) Vide supra not. (b)
- (h) Qui an. 1471 successit Wernhero de Esch. Eodem anno mihi se obtulit *Henricus de Beymelburg*. Mareschallus.
- (i) Is primum mihi obvius fuit an. 1478 cum consiliariis equestri ordinis *Johanne de Schwartzenberg*, exmagistro. *Hans Blick*, *Martino Roeder* (de Rodeck) & *Casparo de Berckule*. Blickius magister recurrit an. 1481, quo eodem anno Caspar princeps imperii paterni cum fratre socius proprium magistrum habuit *Bickerum Landschad*, (postea magistrum curiæ archipalatinæ supremum); vide Caspari tabulas traditionis in *statu causæ succ. Bispont*. P. II, n. XXVIII p. 64.
- (k) Quem jam an. 1495 obvium habui. Dimisit ille magistrum post Alefandi ducis obitum, atque illud præfectura S. Wandalini commutavit; sed recepit tamen consilii honorem. Obiit d. 29 Oct. 1520 cf. *Humbrachtum* l. c.
- (l) Ita habet *Humbrachtum* l. c. idque confirmatur literis investituræ, quas recepit filius Georgius d. 10 Nov. 1502 cf. *Statum causæ Antischorrenburgianum* inter adi. n. XXXVII, p. 38 sq.
- (m) *Humbrachtum* l. c. & modo laud. deductionem Antischorrenb. p. 21 & adi. n. XL p. 40. *Georgius* sororem habuit *Margaretham*. De aliis fratribus aut sororibus silent tabulæ nostræ.



† †

Inde a *Langwertii* obitu viginti & septem annorum spatium effluxit, quo nemo primarii hujus inter civilia officii dignitatem tenuit. Interea Cancellariæ præfuit JOHANNES MEISENHEIMER, secretarius idemque a consiliis, vir insigni prorsus auctoritate & gratia pollens. Hinc & eum inter multos legit Alexander dux, cum is in testamento suo an. MDXIII condito (a) Margaretham conjugem constitueret tutricem filii Ludovici II s. junioris, eique consiliarios adjungeret quatuor, *Henricum Blick de Lichtenberg*, & *Henricum de Schwartzenburg* equites, *Philippum de Gönheim* & *Johannem* secretarium, qui in consilium adhiberent juris consultum, *Wendelinum Dürrium*, juris licentiatum, aut alium quemque juris peritissimum. Quum enim an. MCCCCLXXXV judicium camerale supremum institutum esset, opus jam erat magis in omnibus provinciis viris legum peritis, quales tum apud nos fuere *Petrus Kyrffer*, J. U. D. & consiliarius, *Wendelinus Dürr*, *Wilhelmus Sefster* ceteri. Johannem vero *Meisenheimerum* officio secretarii principis & consiliarii functum esse etiam an. MDXX, regesta actorum docent, unde suspicor, ipsum Cancellarii vices ad an. usque MDXXVII, quo *Schorrius* primum in curiam advenit, administrasse. Filios reliquit *Theobaldum*, dioceseos Novicastellanæ correctorem, & *Johannem*, eundem credo cum rectore ecclesiæ bipontinæ, qui primus sacra Evangelicorum inter pastores bipontinos probavit. Per idem temporis intervallum, quo *Johannes* inter secretarios principem locum tenuit, curiæ magistrum gesserunt *Guilielmus Hommel de Staufenberg* ab an. MDXV (b), atque post ipsum ab an. MDXXVIII *Petrus de Vvachenheim*.

III.

- (a) Quod vide in *statu causæ succ. bipont.* P. II, edit. 1729, Probatt. N. XXIX, p. 64 sqq.
- (b) Die Lunæ post dominicam Cantate illud suscepit, ejusque conjux *Agnes Meygia de Lambsheim* eodem die magistra gynæcei renunciata est.



III.

**J**ACOBUS SCHORRIUS, cujus vitam paulo uberius conscripturus sum, sua quidem ætate, doctrina, rei que publicæ administrandæ peritiâ, munerum & honorum amplitudine, auctoritate denique, senectutis apice, longe clarissimus fuit, præstantior majoribus suis, atque illustrior posteris, ex quibus hoc seculo illius abnepos *Philippus Fridericus*, nobilitatem aucupans, summis in republica Bipontina dignitatibus arreptis, etiam liberorum baronum prærogativam consecutus, assumpsit primus titulum L. B. de & a *Schorrenburg* (a). Quamvis autem ab hoc tempore memoria *Jacobi* Cancellarii quodam modo in scriptis publicis eristicis (b) renovata atque una cum notitia generis *Schorrenburg-*

---

(a) Philippus Fridericus *Schorrius* dictus de *Hafell*, Joanne Philippo *Schorrio*, dicto de *Hafell*, scriniorum custode, quem vocant registratorem, d. 5 Jun. 1676 Meisenhemii natus, tempore Suecico cum inde ab an. 1705 præfecturam dioceseos Bipontinæ gessisset, atque primus appellationem *de Schorr* sibi adscivisset, a Gustavo Samuele duce, gubernacula terrarum Bipontinarum adeunte, statim an. 1719 consiliarius regiminis senior sive primarius, archisatrapa Bipontinus, præsesque collegiorum, quæ rerum ecclesiæ reformatæ curam agebant, deinde sub initium anni 1720 etiam consiliarius intimus & præses regiminis creatus, eodemque anno, deprecante apud cæsarem duce, in ordinem liberorum nobilium sive baronum effectus est: sed an. 1724 ineunte gratia muneribusque domini sui orbatus privatam vixit vitam ad annum usque 1757, quo d. 11 Febr. obiit ac d. 13 Febr. in coemeterio publico sepulturam invenit.

(b) Quorum plura inde ab anno 1724 ad an. 1738 usque in lucem edita commemorare possemus, si id quidem jucundum foret. Scripta quidem causam *Schorrenburgianam* adversus ducem defendentia legi possunt in *Ant. Fabri* collectione actorum publicorum, quam inscripsit, *Staatskanzley* &c. in voluminibus, quæ per intervallum istud prodire. Responsum vero iis est ex parte aulæ Bipontinæ duobus maxime scriptis amplioribus, altero an. 1728



burgiani fatis contaminata in *Lexicon Historicum Basiliense*, supplementis auctum (c), ingesta fuerit, malui tamen ex documentis aliisque monumentis domesticis pro meo veritatis amore meaque dicendi libertate quædam colligere, quæ ad viri fummi laudes pertineant, quam commenta adhibere ad lumen nescio quod lumini adferendum. Habebat enim *Schorrius*, dum vivebat, suum quendam splendorem, speciemque optimi viri, non tam generis, quam sapientiæ & probitatis commendatione tuebatur. Neque igitur ille nobis falsis opinionibus aut commentitiis fabulis commendandus est.

Sequamur potius illustris viri, ejusdemque olim Cancellarii, *Vlrici Sitzingeri*, testimonium, quod de Schorrio in literis ad principes filios WOLFGANGI ducis Bipontini datis (d) dixit honorificentissimum: *Conferetis etiam de his rebus cum sene optimo doctissimoque D. Jacobo Schorrio, qui abavum vestrum (Ludovicum nigrum, ducem) puer vidit, & proavi (Alexandri ducis) & avi vestri (Ludovici II) consiliarius fuit, & adhuc illustrissimo patri vestro (Wolfgango) in hac canitie a consiliis est; quod nescio an ulli eorum, qui nunc inter consiliarios regum & principum versantur, contigerit. Scio hunc avidissime res veteres legere, ipsique hanc commemorationem non injucundam fore.*

II. Ne tamen majores Cancellarii nostri astute reticuisse videar, quaedam ad illos pertinentia afferre liceat. Fuit autem Schorriorum gens Hornbaci oppidi indigena, eaque civica,

---

publicato, altero eoque præstantiori an. 1737 edito; quo facto controversiæ pactione sepultæ sunt.

(c) *Neu vermehrtes Historisch und Geographisches allgemeines Lexicon*, edit. III. Basl. 1744 Tom. VI p. 300 sq. sub vocibus *Schorr von Sasel & Schorrenburg*.

(d) d. 28. Jan. 1563.



vica, hinc probe distinguenda a familia nobili, quæ inde cognomen invenisse fertur Hornbach von Erlickheim (a). Fuisse enim Schorrios civicæ conditionis, didici jam ex documento quodam Hornbacensi an. 1342 scripto, quo Henricus dictus Mechys presbyter capellanus capellæ S. Mariæ Hornbacensis omnia sua bona in curiis Schweygen & Heydelbingen contulit. Huic scilicet donationi interfuisse leguntur *Petrus dictus Schorre & Gerhardus frater suus, Gerhardus dictus Butz, Helsericus, Johannes dictus Felsheller, Eberhardus quondam justiciarius & Nicolaus Sutor, Scabini Hornbacenses*. Scabinos autem dicti oppidi cives fuisse, haud profecto opus est demonstrare (b). XVIII post annis obvius mihi fuit ex eadem familia Johannes Hensel Schorr, isque advocati (Bogt) Hornbacensis munere ornatus. Patet vero hinc Schorriorum

D

rum

- (a) Quemadmodum enim Hornbacense monasterium jam seculo X, teste ipso Ottone imp. castro cinctum fuit, quod seculis sequioribus mansit, atque sec. XIII castellanos suos habuit a comitibus Geminipontis constitutos, cf. *Origg. Bipp.* p. II, cap. II, Dec. III dipl. III, n. VIII, p. 121 not. (f): ita & milites ejusdem custodiam antiquitus tenuisse colligimus, ex cujus generis hominibus oriundos fuisse puto *milites de Hornbach*, quorum nomen magis crepat scriptorum Ruxnerianorum & recentiorum quorundam copia, quam veterum monumentorum fides testatur. *Hornbachios* ab *Erlickheim* ejusdem originis fuisse auguror, si unquam milites, ab Hornbach dictos, floruisse verum est.
- (b) Hornbacum seculo XIII ineunte *oppidi* nomine honestari cœpit, cf. *Origg. Bipp.* P. II, sect. III, Dec. VII, n. X p. 279. *Noverint quod nos videlicet Justiciarius, scabini ceterique cives ac universitas oppidi Hornbacensis*; cum antea tantum *villa* dicatur. Cives dicebantur quoque burgenfes comitum Bipontinorum, & ab iis custodiam oppidi sibi commissam tenebant; adeo ut tum militibus castrenfibus haud amplius fuisse videatur locus. Officium sculteti ad an. usque 1234 habuerant milites, sed compositione tunc inter comitem & advocatum facta duo oppidi curtisque præfides, alter comitis vicarius advocatus, alter scultetus f.



rum familiam satis antiquam esse, eaque de causa non solum, sed & quod protulerat viros muneribus civilibus claros, atque sic bonis feudisque, quamvis ignobilibus, tamen amplioribus, locupletata erat, sec. XVII demum patriciam dici coepisse (c). Quantum autem hi recentiores minorum gentium patricii distent a nobilibus, loquuntur seculorum superiorum documenta & quæ mox de Schorriis nostris trademus. Primus eorum, quem cum certitudine inter majores Cancellarii nostri referre debemus, nobis est *Arnoldus*, a domicilio suo more istorum temporum von Hornbach cognominatus, quem LUDOVICUS niger dux ob fidelia sibi præstita servitia, omnibus oneribus ac servitiis, quæ in conditionis infimæ homines cadunt, *Bette, Schagung, Frondienst, aller Ugnaden vnd Beswerung*, an. seculi XV quinquagesimo octavo immunem declaravit. Hujus filium & heredem *Johannem de Hornbach* anno ejusdem seculi LXXXII simili libertate donarunt ac simul successorem advocati Hornbacensis *Petri VVagenhals* designarunt Ludovicus dux ejusque filius ALEXANDER. Occurrit vero idem jam antea & quadriennio post correctoris seu scribæ provincialis Bipontini munere, quali nunquam fungi solebant nobiles, ornatus cum uxore *Catharina* (d); atque iidem an. MCCCCLXXX inter  
libe-

---

justiciarius nomine abbatis, deinceps constituendi erant, atque hic haud amplius ex ordine militum legebatur, sed ex hominibus plebeis iisque *S.Pirminii* hominibus; unde facile colligitur, etiam scabinos olim fuisse plebejos.

(c) Quemadmodum scilicet familiæ civium quædam, *Altburger*, in urbibus imperii patriciorum nomen invenerant, sic idem civibus antiquioris originis, ex quibus in oppidis mediatis & minoribus senatores sive scabini legi consueverunt, nonnunquam contigit, ut translato patriciorum nomine insignirentur & a ceteris distinguerentur.

(d) cf. Deductionem Antischorrenburgianam majorem, cujus index est: *Status causæ* &c. an. 1737 editam inter Beylagen n. CVIII



liberos suos *Albertum* de *Geminoponte* cognominatum filiasque *Margaretham* & *Agneta* bonorum partitionem ita instituerunt, ut *Agnis* haberet bona in agro & vicinia Hornbacensi sita, *Albertus* vero & *Margaretha* ea, quæ Biponti & alibi possederant, tandem *Albertus* beneficia, maxime *Hafellenfia* cet. teneret solus (e). Factum enim erat, ut cum extincta familia ab *Hafell*, variis beneficiis ducum *Bipontinorum* locuplete, *Albertus* dictus sese heredem *Johannis* ab *Hafell* ultimi, tanquam proximus ejus cognatus, gereret, *Ludovicus* niger dux eidem anno MCCCCLXXVIII feuda *Hafelliorum* hereditaria in agro *Ernestivillano*, prætereaque beneficia in ipso pago *Hafel* tribus leucis abhinc remota conferret (f). Dico *Albertum Schorrium* cognatum fuisse *Johannis* ab *Hafell*, quem æque & ipsius majores militaris generis fuisse putant nostrates, neque vero inde argui potest, similis fuisse conditionis *Schorrios*. Quemadmodum enim plurima prostant exempla, quibus ordinis superioris nobiles tum ob crebras prædiorum partitiones, tum ob connubia cum feminis inferioris nobilitatis contracta abiisse in militarem ordinem (g), ita & promiscua inter homines militares & ple-

D 2

bejos

p. 124 sq. ubi tres chartæ immunitatis *Arnoldo* & *Johanni*, *Arnoldi* filio, *Schorriis*, concessæ leguntur. Puto autem *Johannis* *Schorrii*, *Landscribæ* patrem, *Arnoldum*, præter illum etiam filium cognominem habuisse, in quem prima charta melius cadere videtur. Verum hæc leviora sunt.

(e) Vide idem scriptum, *Beylag.* n. LIII. p. 52.

(f) ibidem n. LIV. p. 52 sq.

(g) *Hunoldsteinios* certe olim ex dynastarum ordine fuisse, patet ex connubiis inter illos & comites *Hirsutos* initis vid. *Senckenbergii meditt.* fasc. I, n. II, de *Hirsutis comitibus*, §. XVII, & adj. probb. n. XVI, p. 80. Simile & aliis illustrioribus familiis accidisse, novimus: sed abstinemus a pluribus exemplis, ne quarundam origine illustraturi delibare quicquam videamur de aliarum dignitate hodie majori,



bejos extitisse sæpius matrimonia, edocti sumus (h). Facile igitur conjicimus *Schorrium*, nescio quem, an *Arnoldum* aut *Johannem*, uxorem ex familia *Hassellana* duxisse, atque sic jus quoddam hereditatem petendi illis adtulisse, quod dux *Ludovicus* pro sua erga Albertum indulgentia ratum habuerit. *Albertus* certe quamvis feudis novis iisque hereditariis auctus non modo nunquam titulos nobilium isto ævo solennes ambivit, sed ipsos potius nobiles reveritus est tanquam caros suos domicellos seu dominos, myn liebe Juncsherrn (i); denique officiis, quæ plebeis conferri solebant,

con-

(h) Id certe obtinuisse inter milites & patricos nemini est incognitum cf. *Herzogii Chron. Alsat.* L. IX & X, ubi de familiis nobilibus & civicis oppidorum Hagenau & Weissenburg agit.

(i) In cujus rei gratiam subjungimus excerptum ex litteris Alberti Schorrii reverfalibus, quæ litteris clientelaribus a Ludovico nigro duce datis an. 1478 respondent: *Ich Albrecht von Zuveybruken Hans von Hornbachs sone, Erkennen inn diesem brieffe das der Hochgeborn Fürst vnd Herr Herr Ludvvigs Pfaltzgraue by Ryne Herzog in Beyern vnd Graue zu Veldentz myn gnediger Herr nach abgang des vesten Hansen von Hassels myns Vettern seligen der etliche ekere vnde Wiesen inn dem banne zu Ernstviler vnd Bubenhusen von syne vnd siner miterben vwegen von siner Gnaden voraltern als von der Graueschafft zu Zuveybruken vwegen zu Erblehen gehabt vnd getragen myn ernstliche bete ersuchunge und erbietunge myner vwilligen dienst, ich siner Gnaden vmd der Herrschafft zu kunfftigen Zyten thun soll angesehen, mich als den ihenen der sich des genannten Hansen negster erbe vermysset zu sin, begnadiget vnd vßgenommen den zehende den ich zu ernstviler han, mir solch eker vviesu vveldē felde vnd gutter wie die eygentlich hernach benant vnd geschrieben steent zu Erblehen geluhen hat, nemlich --- --- Anderverbe so hat sine gnade mir off myne gesynnen vnd erfordern In obgemelter maß zu Erplehen geluhen alles das zu Hassel an Luten vvelden vvehgen Mulen scheffden Zynsen vviesen felden vnd ander gulden vnd Gerechtigkeit wie Hans von Hassell vnd sin voraltern solichs vnd glich in besesse vnd genosse herbracht haben, vnd ich Al-*



contentus vixit. Ipse enim ab anno MCCCCLXXXIII munus correctoris sive Landscribæ diœceſeos Meiſenhemenſis agebat, quin etiam ſeculi inſequentis XVI anno octavo, quo *Alberti* Landſcribæ filius *Jacobus* in tabulis minoris alias momenti occurrit. Atque hic *Jacobus* ille ipſe eſt, cujus vitam illuſtrare propoſuimus. Reliquerat vero *Albertus* Landſcriba ex duabus conjugibus, quarum altera *Getze* vocabatur, præter *Jacobum* noſtrum V liberos, de quibus nihil eſt, quod dicamus. Vitam *Albertus* produxit uſque ad annum MDXXX, & quod excedit.

III. His igitur parentibus natus fuit *Jacobus Schorrius*, neſcio an Hornbaci aut Biponti(a) circa an. MCCCCLXXXIII.

D 3

Com-

*brecht vorgeant han ſolichs alſo vwie vorgeſcriben ſteet von ſinen Gnaden zu erplehen empfangen daruber globt vnd eynen eydt liplich zu Got vnd den heiligen geſvorn ſinen gnaden vnd der Graueſchafft zu Zveimbruk getreuue vnd holt zu ſin Irn ſhaden vvarnen irn frommen vnd beſtes getreulich vverben, die lehen zu yederzyt zu empfaen zutragen vnd alles das zu thun vvas eyn manne ſynem Herren von ſolicher Lehen vwegen ſchuldig yſt, vnd billig tun ſoll, in der Lyhunge hat ſin Gnade vßgenommen ſin recht ſiner gnaden manne vnd eyns ieglichen recht, des zu Orkund dovile ich off dieſe Zyt eygen Ingeſiegels mit enhan, ſo habe ich mit fliß gebeten den veſten Jungherrn Eberhart von Sulzbach myn lieben Jungherrn das er ſin Ingeſiegell vor mich vvolle hecken an dieſen Brieff, mich obgeſchr. dinge zu beſagen. Des ich Eberhart ytzgnt. mich erkenne alſo von des obgnt. Albrechts fliffige bete vwegen getan han. Geben off Dynſtag nach dem Sondage zu Latyn genant Reminiſcere ano &c. LXXVIII.*

- (a) *Albertus* enim a loco natali ſuo, & domicilio patris *Johannis*, Landſcribæ Bipontini, atque a parte hereditatis, quam in agro Bipontino dein accepit, plerumque dictus *Albrecht* von *Zweybrucken*, nonnunquam a familiæ ſuæ antiquiori ſede *Albrecht* von *Hornbach*, tum *Biponti* apud patrem, id temporis Landſcribam, degere poterat.



Complevit enim annos ætatis LXXXII & diem, quod infra dicemus, obiit supremum an. MDLXVI. Quamvis autem non constet nobis, quam ab ineunte ætate studiorum rationem secutus, & quibus magistris usus sit: haud obscurum tamen relinquit viri egregii eruditio & rerum gerendarum peritia, quam & res ab ipso gestæ produnt, & auctoritate viri quondam incomparabilis, *Sitzingeri* Cancellarii, supra comprobavimus, ipsum non juris tantum studio operam navasse, sed & ab omni humanitate, maxime historiarum cognitione, instructiorem fuisse. Annum agens XXV jam ex academiis redux Meisenhemii apud patrem, scribam dioceseos provincialem, commoratus est, neque vero diu ALEXANDRUM ducem latuere eximix illius artes (b). Anno enim MDXV jam ipse provinciam correctoris in diocesi Gutenbergensi sustinuit, cum a LUDOVICO II duce illius filio, feudum quoddam, quod a patre *Alberto* sibi resignatum habebat, reciperet (c).

## IV.

- (b) His certe meruit tum summos in jure honores, tum judicis chartularii seu notarii publici pontificia & cæsarea auctoritate muniti officium, quod illis temporibus suscipere eruditores juris consulti haud erubescabant.
- (c) Documentum ejus rei habemus ipsas litteras clientares, quas in deductionis Antischorrenburgianæ majoris *f. Status causæ* & cad-junctis n. LVI, p. 54 obvias huc transcribere placet:

*Wir Ludwig von Gots gnaden Etc. Erkennen vnd tun Kundt offenbar in diesem Brief, als weyland der Hochgeborne Fürst vnser lieber Herr vnd Vatter Herzog Alexander seliger löblichen Gedechtnuß solch zwey teile vnd XXXIII Morgen Akers zu Süßersheim, die Lorenz von Bergzabern in Lehens wyse gehabt, und nach desselben Lorentzen tode Seiner liebden heimgefallen sind, alles lut der alten Briefe, vnserm lieben getreuvven Albrechten von Hornbach umb getreuer dinste willen vnd vß sonderlichen Gnaden als von der Graueschaft zu Veldentz wegen zu rechtem Erblehen geluhen hat, vnd dann nach Abgang vnser lieben Heren vnd Vat-*



IV. Redeunte dein evangelii lumine, *Schorrius* noster ex primis erat, qui illud menti suæ præferri pateretur, jam totus in eo versaturus, ut legendis viri divini, *M. Lutheri*, scriptis veram & solidam salutis doctrinam ex solis oraculis Divinis purius haurire perdisceret (a). Quod cum innotuisset LUDOVICO duci, primo ex Germaniæ proceribus, qui sacrorum emendationem in terris suis fieri voluerint; *Schorrium* præ ceteris de negotio hoc gravissimo in consilium adhibere coepit (b). Cum vero cæsaris mandata contra Lutheranos graviora advenissent, eorumque exemplum principes Lutheri fautores nacti essent, communicavit Ludovicus dux cum viro isto æque prudenti & pio, ab eoque quæsit, quam rationem ipsi in ancipiti religionis negotio ineundam existimaret. Itaque *Schorrius* consilium suum de causa Lutherana plenum sapientiæ & pietatis exposuit, quod eodem anno Ludovico duci inscriptum typisque excusum in comitiis Spirensibus distributum esse novimus (c). Patet autem ex hoc scripto,

---

*ter seligen vnß gedachter Albrecht vorgebracht, wie er dasselbe lehen sinem Sone Jacob Schorren vnserm Lantschreiber Guttenberger Gemeinschaft zugestellt habe, vnd vns daroff vndertheniglichen bitten lassen, ime dasselbe forter gnediglichen zu luhen, daß wir demnach solches vß gnediger Erzeygunge bewilliget vnd darof gemelten Jacoben solch vorge schriebene Aker als von vnser Graffschafft zu Veldentz wegen zu ein rechten Erblehen geluhen haben &c.*

- (a) Imo, si *Heilbrunnerum* in Apol. Conf. Wolfgangi ducis Verantwortung &c. p. 187. audias, *Schorrius* ipse *Witebergæ* cum *Luthero* coram de religione contulit.
- (b) cf. nostram de *scholae illustris Hornbacensis historia* prolusionem nuper editam, qua de sacrorum & literarum in terris *Bipontinis* restitutione egimus, Cap. I. §. III, pag. 15. sq.
- (c) Ita vero illud inscripsit; *Radschlag vber den Lutherischen Handel, dem Durchleuchtigsten, Hochgebornen Fürsten vnd Herren, Herrn Ludwigen Pfalzgrauen am Rheyn, Herzogen inn Beyern vnd Grauen zu Veldentz &c. gemacht auf Speyerischem reych-*



scripto, virum egregium, quamvis *Luthero* plurimum tribueret, non cæca quadam ratione illius auctoritatem secutum esse, sed scriptis ejusdem excitatum sapientius ipsos sacros fontes adiisse, & collatis utrimque argumentis, verio-  
 fen-

*stage, durch Seyner F. G. Landschreyber Guttenger gemeynschafft Jacob Schorren. Psalm. 93. Merkt doch ir Narren vnter dem Volk, vnd ir Thoren wenn wolt ir Klug werden. MDXXVI. Neque vero Schorrius tum legatum ducis ad comitia egit, cum Wendelinus Durrius, consiliarius hoc munere functus esset legatus in fine Reclusus comit. Spirensium, sed ille hoc scriptum transmisit duci, quod inferviret deliberationibus de causa religionis in comitiis illis tractanda. Placet ipsum Schorrii prologum huc afferre, ut & occasionem scopumque scripti, & indolem auctoris cognoscant lectores. G. F. vnd Herr, was E. F. G. mir der Lutherischen lere halben beselen lassen, habe ich sampt der anzeygung Keyserliches Manndats vntertheniglich fürgenommen vnd wie wohl mir mein geringkeit kundiger, denn das ich mich solcher hohen Sachen gemess achten müge, so habe ich doch zu leystunge E. F. G. schuldiger gehorsamen, mein muglichen Fleis darin zuversuchen nicht wollen unterlassen, ungezweifelter Hoffnung der almechtige Gott der one das alle wege das geringe vnd verachtete in diser Welt zu seinen Sachen erwelt 1 Corin. 1. Vnd auß dem Munde der vnmündigen sein lob zu vollenbringen pflegt Psalm. 8. wurde disen E. F. G. beselh nicht gar vergeblich an mich zu geschehen verfügt oder verhengt haben, sonder mir auch seine gnade dazu verlihen, vnd hab dar auff die Bücher die mir vorhyn merenteils bekant, vnd nicht allein von Doctor Martino Luther oder. sinen anhangern, sondern auch von den Bestlichen irem widerteil außgangen sind, ynn dem namen des Herrn für mich genommen, von neuen besichtiget, vnd gegen dem Evangelio (so viel mir von Gott geben worden) erwegen. Aber demnach deren viel vnd die zwytracht weit-  
 leufftig ist, vnd die zeit kurz, welche mir fürwar meiner Ampts geschaffts halben durchs ganze Jar nymer vngelegener zu disen dingen gefallen seyn müchte. So habe ich mir fürgenommen E. F. G. nicht von allen puncten darumb der streit in diser sacht ist, sonder allein von etlichen das Regiment der Kirchen betreffen, die mir die furnemesten gesehen werden auff das kurtzest ich ymer muge zu schreiben &c. &c.*



sententiam amplexum esse. (d) Postquam igitur de ecclesiae fundamento & capite rectius sentire *Lutherum* brevibus docuerat, missis ceteris controversiis, tractavit caput de forma regiminis ecclesiae, ita, ut primum vicario Christi opus minime esse ostenderet, dein de sacerdotio & sacrificio N. T. ad mentem evangelii disputaret, atque pontificem sibi suisque cum sacerdotio supremo etiam imperium in ecclesiam arrogasse, culparet. Explicata igitur veriori ministrorum evangelii doctorum & pastorum ecclesiae indole de clavibus regni caelorum, hoc est, donis spiritus sancti, quorum ope cognitio vera evangelii efficitur & augetur, pie disseruit, rejecitque remittendi peccata indulgentiarum & excommunicandi potestatem, a clero Romano utilitatis causa violentius usurpari

- (d) Quod permulti in hac regione ad *Buceri*, *Schwebelii*, aliorumque fecere exemplum, observante ipso perillustri *Seckendorffio* in *hist. Luther.* L. I, Sect. 35 § LXXXII p. 130. *Erant quidem*, inquit ille, *qui ipsum Lutherum videbant & audiebant*, quibus ille magnus & sanctus & obsequiose colendus videretur; erant tamen etiam sacerdotes plurimi, in partibus praesertim remotioribus, qui libellis ejus eatenus saltem excitabantur, ut scripturarum lectioni eo usque fere neglectae ipsi incumbere, ut par erat, non *Lutheri*, sed scripturae monitu a pontifice & scholio dissentirent --- Erant etiam qui in aliquibus dissidebant, ut in superiori Germania circa articulum de caena Domini factum esse negari nequit, nec *Zwinglii* saltem, sed & aliorum exemplo comprobatur, licet occasionem doctrinae ex *Lutheri* scriptis accepisse non distiteret. Talis erat *Johannes Schwebelinus* vel *Schwebelius* &c. Paulalum quidem de hoc judicio suo detrahere videtur *Seckendorffius* ibid. in addit. I, p. 131. laudans *I. H. Maji vitam Reuchlini* an. 1687 editam, in qua *Suebelii* epistolae & opuscula corruptionis suspecta dicuntur, auctore adversario, *Jac. Heilbrunnero*, qui quantum ipse, animi vehementia & litigandi studio abreptus, in alios fuerit injurius, non est, quod hic dicamus. Cognoscant ipsi lectores ex *Schorrii* scripto, quam sententiam animo imbiberit. De *Schwebelio* alibi dicendi locus dabitur.



pari solitam. Hinc progressus ad ordines monachorum, tria ipsorum vota, maxime abstinentiæ, parum pietati præceptisque divinis convenientia esse probavit. Negata tandem conciliorum auctoritate & utilitate peroravit omnem hanc de papa disputationem, consiliumque suum principi dandum ita direxit, ut primum omnibus omnium ordinum hominibus vigilandum atque in lumine ambulandum sit; dein ut Lutherus tanquam nuntius & propheta a Deo missus, liberaliter recipiendus sit. Atque hoc viri politici consilio egregie confirmatus Ludovicus dux, qui jam a tribus annis *Joannis Suebelii*, primi apud nos evangelistæ, opera usus erat ad sacra in terris suis ab omni abusu genere repurganda, hoc liberio rem evangelii cursum esse voluit neque se minis ceterisque adversariorum rationibus absterreri passus est, imo quo melius frueretur Schorrii prudentia consiliorumque pietate, ipsum in aulam suam evocavit.

V. Anno nimirum MDXXVII d. XIII Maji Officio secretarii primarii auctus a ducis Ludovici secretis & consiliis esse cœpit (a), idque ea dexteritate ac fide administravit, ut principi maximo commendaretur opere. Hoc majori autem tum pollebat auctoritate, quod superiorem non habebat Cancellarium: quæ summa in consilio dignitatis inde a *Johannis Langwertii de Simmern* obitu nemini adhuc, quantum scio, obtigerat (b). Quare tandem factum est ut Cancellarii honor inde ab anno MDXXVIII in *Schorrio* nostro rediret illustrior.

- (a) Testatur id notitia quædam quæ incipit: *Regulierung der Hausbestallung von a. 1527 uff Montag den dritzehenden tag May. In obgenantem Jahre ist mit Jacob Schorren Secretarien vberkommen, daß myn gnediger Herr Ime vor syn Huskosten &c.*
- (b) Per id temporis intervallum *Johannes Meisenheimer*, Secretarius, consiliarium principem egerat; unde suspicamur, in illius circa hoc tempus defuncti locum susceptum fuisse *Schorrium* nostrum.



frrior. Neque vero eum magis illustrabat nova dignitas (c), quam ipse huic singularem splendorem conciliaffe censendus est. Ejus enim sub auspiciis ejusque consiliis adjutus *Suebelius* religionem evangelicam, maxime ex quo Germaniæ proceres concessam sibi ex decreto comitiorum Spirensium illius introducendæ libertatem intelligebant, feliciter per universum ducatum propagabat. Quem vero *Schorrius* sensum in doctrina religionis habuerit, æque & illius præco primarius, *Suebelius*, ex eo colligi potest, quod non modo *Bucerum* sibi habuerit amicissimum (d), sed etiam difficili illa tempestate, quæ per decretum comitiorum Spirensium an. MDXXVIII (e) evangelicis impendere cœperat, cautius hero suo procedendum putabat (f), adeo ut is doctrinam evangelicam, in

E 2

qua

- 
- (c) Præsertim cum liberalitatem heri sui eximiam experiretur, cujus documentum præbent literæ ducis, quibus ipsum beneficiis obitu *Hederici de Schmidburg* dicti de *Wildenburg*, absque liberis defuncti, vacuis an. 1530 auxit, cf. ded. Antischorrenb. *status causæ und rechtliche deduction* Beylagen p. 55.
- (d) cf. in *Suebelii centuria epist. theol.* ad an. 1528. n. XXXIX, p. 123 & 1530. sq. n. XLVI, p. 153. n. XLVIII, p. 157, & n. XLIX, p. 159. Denique legatur scriptum Suebelianum: Hauptstück und Summa des ganzen Evangeliums, und worinnen ein Christlich leben stehet &c. durch Johann Schwebelin Predicant zu Zmeybrücken. MDXXV. 4. Opusculi hujus æque & Schorriani consilii nuper novam nobis copiam factam esse cognovimus.
- (e) Comitibus hisce Ludovici ducis nomine interfuisse *Wilhelmum Sesslerum*, I.V.D. ex recessus subscriptione §. 46 discimus. Quamvis vero decreta in illis de religione inimica fuerint rei evangelicæ, atque adeo occasionem dederint principum & civitatum protestationi, ab ea tamen abstinuit Ludovicus dux.
- (f) Hinc quidem in comitiis Augustanis Ludovici ducis Bipontini mandata habebat *Hieronymus Rheuff*, Cancellarius Badensis, cf. recess. §. 147, sed confessioni Saxonicæ ibidem exhibitæ minime subscripsit; cf. autem de gestis ibidem ab Argentinesibus epistolam *Mart. Buceri* ad Jo. *Schwebelium* in *cent. epist. theol.* n. XLVI.



qua ecclesia Bipontina cum Argentinensi consentiebat (g), in terris suis tueri mallet, quam cum protestantibus principibus agendo cæsaris iram in se commoveret. Medium igitur tenere tum videbatur ecclesia Bipontina. (h) Sed Cancellarius noster cum mitiori paulo esset in dissentientes animo, atque ab omni vi imperii civilis illis inferenda abhorreere videretur, accidit, ut & apud nos anabaptistarum seu potius cataptistarum nova secta vires acciperet, præsertim ex quo *Georgius Pistor* ab Argentinensis ecclesiæ præsidibus mense Aprili anni MDXXVII submissus erat, qui pastorem Ernestivillanum & *Suebelii* ageret Symmistam (i). Qui cum adversaretur pastori suo & a theologis Argentinensibus corrigendus videretur, scripsit anno MDXXXII *Bucerus* ad *Schorrium* Cancellarium literas, quibus ejus patrocinium & auxilium hac in causa expetivit (k).

## Non

- 
- (g) cf. inprimis in epist. theol. *Schwebel* ep. XLIII, p. 134-142, qua conventus theologicus Argentinensis ecclesiæ suum cum ecclesia Bipontina consensum testatur, n. LXV, p. 206 sqq. & n. LXXX. p. 288 sqq. ceteras.
- (h) cf. prolusionem nostram I de *Scholæ illustris olim Hornbacensis nunc Bipontinae historia* nuper editam, Cap. I. §. XI sq. p. 33 sqq.
- (i) Vid. ep. *Schwebel*. n. XXXIX, p. 123. ad an. 1528. m. Febr. coll. cum n. LXXXIX, p. 315. Loquuntur de eodem Georgio plurimæ literæ sequentes. Quodsi autem ep. XLIII ad an. 1529. conferas cum Buceriana ad an. 1537, n. LXXXVI, patet, epistolam hæc minus recte digestas, & rationes temporum sæpius neglectas esse.
- (k) Vide ipsas literas, quas in serie prætermittas subjunxerunt editores centuriæ epist. *Schwebel*. p. 356 sqq. præfixo numero LXVIII. Ita autem illas inscripserat *Bucerus*: *Martinus Bucerus clarissimo & prudentissimo viro D. Jacobo Schorrio illustrissimo principis Bipontini Cancellario integerrimo, patrono suo observando.*



Non solum vero domi *Schorrius* præclare omnes Cancellarii partes administravit, sed etiam in legationibus obediendis præsertim ea, quam an. MDXXVIII ad cæsarem Bononiæ in Italia agentem de religionis negotio susceperat, singularem dexteritatem tum cæsari, (1) tum hero suo probavit. Interea an. MDXXXII d. III Dec. præmaturo fato vivis ereptus est Ludovicus dux, primus religionis evangelicæ patronus, postquam illam prima pace religiosa Norimbergæ d. XXXII Jul. ejusdem anni jam quodam modo confirmatam viderat. *Schorrius* vero etiam sub illius filio impubere, WOLFGANGO principe atque hujus tutoribus, ELISABETHA matre & RUPERTO duce, patruo, Cancellarii officio fungi perrexit. Anno autem sequenti festo paschatos, quum a gravioribus laboribus immunis fieri voluisset, de illo decedendi potestatem consecutus est, ea tamen lege, ut deinceps a consiliis esset. (m)

E 3

Post-

(1) cf. in *Lexico universali hist. & geogr. Basiliensi* T. VI artic. *Schorr von Hasell*. Quodli recte se habent, quæ ibidem de diplomate quodam Caroli V. Imp. an. 1532 d. 12 Jan. in gratiam Cancellarii nostri concessio sed pridem perduto, hic jam tum cognomen de Hasell assumsisse videtur. His enim verbis efferebatur diplomatis initium: *Carolus quintus divina favente clementia Romanorum imperator Augustus ac rex &c. Nostro & imperii sacri fideli dilecto Jacobo Schorren de Hasell*.

(m) Subjungere liceat testimonium literarum paulo contractarum: *Vom Gots gnaden Wir Elizabeth Pfaltzgräfin by Rhine inn Bayren vnd Gräfin zu Veldentz, geborne Lantgräfin zu Hessen, Wittib, vnd von denselben gnaden wir Ruprecht auch Pfaltzgräue by Rhine, Hertzog zu Bayrn vnd Graue zu Veldentz, beide als Furmunder, bekennen vns samentlich vnd thun kunt öffentlich, mit dieser Schrieft, Nachdem der Erbar vnser lieber getreuer Jacob Schorr, Wylent des hochgebornem Fursten Herrn Ludwigs Pfaltzgrauen bei Rhin, vnd Grauen zu Veldentz, vnser fruntlichen liebem Gemahels vnd Bruders seligen, vnd nach desselbenn Liebden absterbenn, auf ein Zeitlang vnser Cantzler gewesen, aber Ime nu solch vnser Cantzler Ampt hin-*



Postquam igitur *Schorrius* quadriennium fere difficillimo tempore consiliorum præsidem & executorem egerat, honorem istum dimisit; qui demum an. MDXXXIII mense Januario *Henrico Hasio*, collatus est.

VI. *Schorrius* jam quidem domi agens, sed a consiliis sanctioribus esse iussus, consilio magis, quam corpore aderat tutoribus *Wolfgangi* principis, maxime in causa religionis. *Rupertus* enim dux longius in sacrorum emendatione progressurus, antequam missam prorsus aboleret, & sacerdotes licentiores vitam matrimoniis commutare juberet ea de re sententiam *Schorrii* explorare studuit; qui cum ipse semper caute agere didicisset, atque forsan veritus esset, ne episcopi, quorum sic omnis auctoritas in terris *Bipontinis* tollenda foret, nimium commoverentur, principi suasit, ut sacerdotes in concubinato seu connubio minus sollempni vivere pateretur, atque ab interdicendis pontificiorum sacris, maxime missa, animum revocaret. Quod quidem consilium postquam cum *Joanne Schwebelio*, sacrorum antistite, communicatum est, repugnavit is, quod ad primum magnopere, quod ad

---

forter zuuersehen, vnd zuuerwalten beschwerlich vnd vns deßhalb vmb gnedigen Vrlaub underthenig angesucht, vnd dessen daruff vonn vns also gnediglich erlassen wordenn, doch das vns der numher aufferhalb gemelts Cantzler Ampts als ein Rath von Huß vß vff vnser erfodern yederzeit in notwendigen vnd andern zimlichen sachen wedder menglich in Rathen vnd sonst nach sym besten vermögen, vnd verstand trenlich dienen vnd gewertig syn soll, dagegen wir ine yedes malls so wir erfodern thun mit Pferden vnd Knechten versehenn vnd vollen, vmb vvelchen dienst, vvir Ime eins yeden Jars, das allvvegen vff Ostern vß vnd angeen soll, so lang der vveret, gebenn vnd reichen lassen sollenn vnd vollen Gescheen vnd gebenn vff denn heiligenn Ostertag anno XV dry vnd driffsig.



ad alterum voluntatem sacra prorsus repurgandi eum in modum interpretatus est, ut pastores tantum ad normam doctrinæ Christianæ & docere & vivere juberentur; quale præceptum neque Deo neque cæsari adversarium esse queat (a). Atque hæc Schwebelii sententia tum prævaluisse videtur (b). Neque tamen ideo reprehendimus mitius *Schorrii* consilium, ex reverentia cæsaris metuque graviorum periculorum profectum. Similes certe agendi rationes fecere, ut *Rupertus* dux, tutor *Wolfgangi*, licet an. MDXXXV fœderis *Smalcaldici* particeps fieri desideraverit, anno tamen insequenti in conventu *Francofurten*si d. XXIII April. instituto, se excusaret, quod fœderi accedere non posset (c). Atque ut aliquantisper digrediamur ad ecclesiæ *Bipontinæ* statum, fuit is rectus atque purus, quantum fieri potuit. Sanctissimus enim *Schwebelius* neglectis illorum temporum de S. cœna rixis ceterisque inanibus quæstionibus, in quibus theologorum contentiosorum iræ nunquam deservere solent, unus loquebatur cum sacra scriptura, unusque fidem & caritatem ab omnibus præstandam urgebat. Sequebatur in eo tum suum rectoris animi sensum, tum *Buceri*, *Melanchthonis*, *Capitonis* ceterorumque moderationem. Ita ille an. MDXXXVI ad *Capitulum*:

- 
- (a) Opusc. Schwebel. Germ. P. II ad an. 1534 n. XXIX p. 247--256 sqq. His verbis vero *Schwebelius* orditur consilium suum. *die Schrift in Ratschlagsvveiß, E. F. G. von ihrem Rath und Diener, dem hochgelehrten I. S. vberantwortet, haben vvir empfangen mit dem Befelch, daß vvir darauf vnser meynung schriftlich solten anzeigen, dessen vvir niemandt zu vvider Etc.* cf. etiam n. XXX & XXXI ibid. Atque huc referendum potius mihi videtur, quam ad an. 1525, scriptum, quod in P. I. n. XI, p. 152-159.
- (b) Quod colligimus ex vicarii generalis *Metensis* querelis ea de re an. 1535 d. 9. April. ad *Rupertum* ducem perscriptis, quas jam adduximus in *hist. scholæ ill. Hornb.* prol. I, §. VIII not. (f)
- (c) *Seckendorffii Hist. Luther.* L. III sect. 15. §. L, add. III (a) p. 142.



nem (d) *Nosti optime Capito, nos semper pacis studiosos fuisse & odiosas illas rixas ex animo odio habere, & libenter sentimus cum piis & eruditis, qui pure & simpliciter fidei nostrae dogmata tradunt: Ideo dudum confessioni illustrissimorum principum, cui Philippus etiam apologiam addidit (h. e. confessioni Augustanae an. MDXXXI emendatae e) subscripsimus, id quod clarissimo nostro principi mire placet. Talis cum esset Schwebelius noster, optaverant maxime, ut ipse cum suis negotio concordiae inter Lutherum & superioris Germaniae theologos dicto anno conficiendae interesset. Sed Schwebelius suo & collegae Caspary Glaseri, qui praceptor scholae Palatinae erat, nomine excusatione allata, quod ob gravitatem munerum a se unis administrandorum discedere ipsis haud liceret, iisdem literis tandem Capioni rescribit: Si quid nostro nomine agendum erit, hoc totum tibi, Melanchtoni, & Bucero, observandis fratribus nostris, committimus; scimus enim, vos nihil suscepturos, quod a sacra scriptura discrepet.*

Quare cum tandem concordia inter illos Witebergae inita esset (f), formulam ejus d. XXVI Maji an. MDXXXVI

a

- 
- (d) In epistola, quae est inter *Schwebel epist. theol.* LXXXIII p. 297.
- (e) Quam pariter Argentineses an. 1531-1537. Smalcaldiae salva & integra confessione Argentinensi s. Tetrapolitana approbarunt, cf. qui diligentius, quam *Seckendorffius* in *hist. Luth.* L. III, §. VII, & §. LV, addit. e) pag. 153, §. LVI, 15, p. 157, ista disputavit, antistes olim Bipontinus, *M. Phil. Beutherus*, in libro, cujus index est: *Warhafter Grundlicher Bericht von der zu Strassburg anno 1598. in truk ausgegangenen veränderten Kirchen ordnung der Lehr vnd Ceremonien belangend &c.* *Zweybruk* MDCIII. p. 4-13. sqq. Ceterum *Seckendorffius* l. c. §. LV. addit. k) p. 154 observavit ad an. 1537, etiam ducatum Bipontinum adhærere coepisse confessioni Augustanae.
- (f) Vide de concordia Wittenbergenfi ex reformatis *Hospinianum* P.



a *Melanchthone* scriptum & subscriptionibus tum superioris Germaniæ theologorum, quorum antesignani erant *Wolfgangus Capito*, præpositus ecclesiæ Argentinensis, & *Martinus Bucerus*, tum *Wittenbergensium*, quorum dux erat ipse b. *Lutherus*, confirmatam communicavit *Bucerns* cum *Schwebelio*, ejusque collegis, petivitque, ut ei & suos adderent calculos.

Quemadmodum enim *Lutherus* in se receperat, se articulos concordiæ transmissurum ecclesiis in Prussia, Pomerania, Dania, Holfatia, Saxonia, Misnia, Thuringia, Hassia, Frisia & Brandenburgicæ ditionis, easque ad illos recipiendos permoturum esse: ita *Bucerus* idem præstare debebat in Helvetia, Suevia, ad Rhenum, Westrasia, Craichgovia cet. (g) Itaque *Schwebelius*, antistes ecclesiæ Bipontinæ pacisque amantissimus, dissidii de re sacramentaria, quod etiam in illa gliscere videbatur, componendi causa, descendit cum *Glasero*, perpetuo aulæ comite, qui sub adventum suum doctrinæ *Lutheri* magis faverat (h) & *Michaeli Hilspachio*, præceptore ludi literarii & adjutore ecclesiæ Bipontinæ, ad conditiones concordiæ, eique non solum cum illis & octo

F

fra-

---

II fol. 134 (b) ad 154 & ex *Lutheranis Seckendorffium* l. c. L. III, §. XLVII p. 153 sqq. qui tamen illum non sine bile in *Lutherum* rem enarrasse dicit. Quare *Hottingerus hist. eccles. Helv.* L. VI, p. 711 not. (f) *Seckendorffium* reprehendere videtur, quod, quæ illa biliosa sint, reticuerit.

- (g) Distincte narrante *Hottingero* l. e. p. 704. vid. in *cent. epist. Schwebel.* literas *Lutheri*, *Melanchtonis*, *Buceri* cet. ad an. 1535 & seq.
- (h) cf. ejus epistolam ad *Nicol. Gerbelium*, Ictum Argentoratensē. d. 21. Jun. 1533 scriptam, cujus particulam dedimus in prol. I de hist. scholæ ill. Hornb. Cap. I, §. V. not. (s) p. 19, cum illa, quam triennio post dedit ad *Conr. Pellicanum*, theol. reformatum amicum suum in *G. C. Joannis Spicil. 1. tabb. litterarumque veterum &c.* p. 556. sqq. & quæ ibidem adnotavit avus meus p. 565. sq.



fratribus diœceseos Bipontinæ subscripsit (i), sed & ecclesiarum Meisenhemensium ac Tabernæ montanarum pastores invitavit (k), ut perlectis & examinatis illis idem facere, sponte tamen sua vellent; quod an factum sit, non habemus, quod dicamus. Hoc quidem certum est, ecclesiam Bipontinam ex concordiæ illius mente confessionem Augustanam eamque emendatam deinceps suam habuisse, adeoque & in fœdere atque amicitia cum ecclesia Argentoratensi remansisse (l). Unde etiam an. MDXXXVIII, cum mense Februario conventus procerum Francofurti instituendus esset, *Jacobus Sturmius*, prætor Argentoratensis, mandata accepit tanquam ablegatus Ruperti ducis tutoris. (m) Post pacem ibi initam conventum quoque est inter evangelicos de numero theologorum & politicorum ad colloquium Norimbergæ de religione habendum, quod tamen haud processit, mittendorum; in quibus haud pauci fuere, qui cum Saxonis doctrina de S. cœna dissentirent, atque ipse ille *Sturmius* & theologi Argentinenses, *Bucerus*, *Hedio* & *Capito* (n). Sed satis de his, quæ non plane non a *Schorrii* nostri, primarii inter

- 
- (i) Quod ipse *Schwebelius* perscribit ad fratres diœceseos Tabernæ montanæ l. c. ep. LXXX, sq. p. 288. Subscripsit vero ipse cum collegis ac fratribus Bipontinis, d. 14. Sept. 1536.
- (k) Vide ibid. & n. LXXXII p. 291 sq. Pariter *Glaferus* jam provocaverat Meisenhemenses ad approbandam formulam.
- (l) Quod manifestum sit ex epistolis Schwebelianis inde ad annum usque 1540 scriptis, quarum C & ultima a *Bucero* ad *Schwebelium* scripta his incipit verbis: *Gratia domino, qui nobis dedit idem sentire de mysteriis suis.*
- (m) Perturbato temporum ordine hæc mandata in *opusculo* *Schwebelii* referuntur P. I. ad an. 1529, cum argumentum literarum satis prodatur, illa pertinere ad an. 1539.
- (n) cf. *Sleidani comm.* L. XII, p. 315. sq. edit 1610 & *Seckendorfi hist. Luth.* L. III, §. LXIX, add. III, p. 205.



inter politicos adjutoris rei evangelicæ, vita credidi aliena.  
 (o) Anno sequenti MDXXXX d. XVIII Maji, cum *Jo. Schwebelius*, primus evangelii in terris Bipontinis præco & sacrorum antistes ad cælites evolasset, (p), rediit mox *Schorrius* in consilium, atque denuo in rebus publicis procurandis præstare cœpit ordinarium ministerium.

VII. *Schorrio* in numerum consiliariorum ordinariorum redeunte primas in consilio tenebat *Christophorus Landschad* a *Steinach*, aulæ & curiæ magister & qui ante ipsum eodem

F 2

defun-

(o) Die enim 23. Jun. 1540. *Schorrius* se denuo consilarii & ministri Rath und Diener munere annuo arctius obligari passus est. Retinuerat vero antea consilarii honorem; quod literæ feudales an. 1540. mense Majo datæ, in *statu causæ Schorrenburg* p. 40. n. XL produnt. Sed nunc redire jubebatur ad ordinarios consiliariorum labores.

(p) In quem obitum ipse *Schorrius*, tunc temporis consiliarius, scripsit carmen, quod præfationi *centuriæ epp. theol. Schwebel.* subjunctum legitur, atque etiam in *epitaphiis antiquis & recentibus &c.* a *Pantaleone Candido* collectis & an. 1600 Argentorati editis L. III, p. 90 expressum est:

Vixit & hoc templo docuit vir, lector, honestus  
 Joannes Sueblin doctus amansque Dei  
 Fidus erat monitor, facundus & usque modestus,  
 Mansuetus, clemens, mitis & æquanimis,  
 Sedatus, comis, facilis, totusque benignus,  
 Sermo illi lenis, mens pia, mosque probus.  
 Vitam doctrinæ, doctrinam sedulo vitæ  
 Aequabat, nulli non venerandus erat.  
 Aequales utinam liceat nos semper habere  
 Pastores quid enim sanctius, ore, foret?  
 Dici felices nunquid tum perque beati  
 Possimus merito, femideique viri?  
 Hic magno tandem oppetiit mœrore fuorum,  
 Mens cœlo, corpus clauditur hac sub humo.



defunctus erat munere, *Ludovicus ab Eschenau* præfectus Meisenhemensis (a), tandem *Jacobus Rottenburger*, qui *Hasso* in honore Cancellarii ante biennium susceptus eundem mox rursus dimissurus erat. *Landschadius* quidem & *Eschenavius* Ruperti ducis administratoris nomine comitiis Ratisbonæ an. MDXXXI celebratis interfuere, dum *Schorrius* interea pactioni, Disibodenbergæ inter agnatos principes, Simmerensem & Bipontinos de futura successione Palatina conciliandæ, operam dedisset (b). Anno autem insequentí nul-

- 
- (a) *Ludovicus ab Eschenau*, familiæ suæ, quæ feudi castrensis in Hagenovia, maxime vero ab an. 1506. Episcopivillæ possessione nobis cognita est, ultimus, qui postquam dominium suum Episcopivillanum an. 1522 duci Bipontino obtulerat in feudum, quod foret hereditarium, munera amplissima apud nos gessit. Anno 1532 festo nativitatæ Christi præfectus est aulæ & curiæ, cui primariæ provinciæ præfuit ad an. usque 1538, quo *Christophorus Landschadius a Steinach* die nativitatæ Christi honorem illum suscepit. *Eschenavius* autem a consiliis sanctioribus simulque præfectus primum dioceseos Meisenhemensis, dein Novicæ Castellane gravissimis negotiis & legationibus obeundis adhibitus est, donec in aula Archipalatina supremam magistri dignitatem, *Großhofmeister*, consequeretur. Tandem absque liberis obiit, suamque hereditatem nepotibus ex sorore *Margaretha Schænbergiis* nobilibus reliquit; cf. de eo *Joannis misc. hist. Palat. Spec. I. animadv. in Toln. p. 45 sq. Schæpflini Alf. illustr. T. II, p. 191.*
- (b) Una cum *Eschenavio* præfecto; vide pactum istud in *Statu causæ success. Bipont.* an. 1729 edito P. I, Weyl. Lit. Pp. p. 62. sq. Quum pactio hæc in secretioribus negotiis habenda esset maxime, patet, quanti fides *Schorrii* habita fuerit. Scilicet illam iniverant principes, ut se tutos redderent adversus molimina ducum Bavarorum, atque ne dignitates Archipalatine unquam a familia *Rudolfina* abstraherentur, convenerantque ut si linea electoria deficeret, ipsi terras electorales æqualiter ita inter se partirentur, ut seniori obtingerent electorales cet. Quamvis autem hanc conventionem alia eaque Simmerensi an. 1546. facta inter se firmassent principes agnati, abrogata tamen deinde est pacto Heidelbergæ an. 1553 communi omnium Palatinorum principum opera inito.



nullus inter consiliaris videbatur aptior, quam *Schorrius*, qui ad comitia Spirensia verno tempore peragenda ablegaretur, idemque dein comitiis eodem anno Norimbergæ celebratis interfuit (c). Tanta autem prudentiæ & integritatis laude florebat ille, ut is a Ruperto tutore per testamentum d. XI. Dec. anni MDXXXII conditum legeretur, qui cum *Christophoro Landschadio* & *Simone Boosio de Waldeck*, si ipsi contutori ante majorenitatem Wolfgangi principis humanitus quid acciderit, adjungendi forent matri tutrici Wolfgangi, ELISABETHÆ, consilarii regentes sive curatores (d). Anno sequenti XXXIII iterum ille non solum comitiis mense Aprili Norimbergæ peractis (e), sed etiam celeberrimæ illi pactioni de portione terrarum a Wolfgango principe Ruperto duci, ipsius patruo & tutori, relinquenda Marburgi conciliatore Philippo Hassiæ Landgravio auctor actorque adfuit. (f) Memorantur in ipsis hujus pacti tabulis utriusque partis consilarii: *Christophorus Landschadius a Steinach*, magister aulæ, *Simon Boos de VValdeck*, *Johannes de Schwarzenburg*, *Sigfridus de Oberkirch* (g), *Jacobus Schorrius* Excancell-

F 3

cella-

- (c) Receptum, prioris quidem §. 146, posterioris §. 45. Illi subscripserunt *Christoff Landschad von Steynach Hofmeister*, und *Jacob Schorr von Hasel*; huic vero *Schorrius* solus.
- (d) cf. *Lexicon Basil.* sæpius jam laud. T. VI. artic. *Schorr von Hasel*; Sic Ludovicus niger per testamentum suum Johannæ conjugii, si ipse obiret, antequam filii annis majores facti essent, quatuor consilarios regentes adjunxit; pariterque Alexander dux vi testamenti an. 1514 conditi. Eodem exemplo Wolfgangus dux in ducatu Bipontino consilarios regentes constituit, qui, dum minor annis esset Johannes I, curatelam gererent & administrationem ducatus secundariam.
- (e) cf. *Recess.* §. 40.
- (f) cf. pactum Marburg. in *statu causae succ. Bip.* P. II. Bysl. n. XXXIII.
- (g) Is die Lunæ post festum Paschatos an. 1541 additus erat Wolfgango, principi juveni, aulam Trevirensis visitaturo, præfectus, postea inter consilarios versatus est.



cellarius, alter Cansler, & *Jobus VVeydenkopf*, id temporis Cancellarius. Denique suspicor, inter legatos Bipontinos ad comitia illa armata an. MDXXXVIII Augustæ celebrata, in quibus famosum illud edictum de religione, vulgo *Interim*, fere fatale fuit religioni evangelicæ (h), adfuisse *Schorrium*, qui certe comitum Dunensium in Falckenstein personam ibidem sustinuit, (i).

VIII. *Schorrium* jam sexagenario majorem nunquam non deinceps a consiliis adhibitum esse, non solum docent, quæ fuit ipsius prudentia & rerum civilium peritia singularis, sed & *Sizingeri* testimonium supra allatum actaque senatus Bipontini. Domi tamen magis, quam foris a secretioribus ministeriis fuisse, colligimus ex ipsius ætate jam ingravescente. Produxit vero vitam ad annum ætatis octogesimum secundum; quo vitam honestissime actam finivit d. XXIII. April. an. MDLXVI (a). Sepulturam invenit in templo primario, ab Alexandro duce olim condito, hoc elogio consecratam (b):

Hic

- 
- (h) *Steianus* ad a. 1548. L. XX. p. 582. *Wolfgangum Bipontinum principem ex familia Bipontina, qui legatos ibi habebat, caesar jubet ipsum adesse; cumque venisset, instat, ut ratum habeat decretum.*
- (i) *Recess. §. 108. Philipsen und Johannsen Gebrüdern von Dhun Grafen zu Falkenstein &c. Jacob Schorr von Hassel.*
- (a) Confirmatur hoc non solum elogio funebri, sed etiam notitia necrologii ecclesiæ Bip. ad an. 1566 scripta. *Herr Jacob Schorr gestorben den 24. Aprilis.*
- (b) Auctore *Joanne Thomae*, professore tum Hornbacensis scholæ illustris, postea bibliothecario Bipontino,



*Hic sua longaeuus posuit gelida ossa Jacobus  
 Schorrius insigni vir pietate gravis  
 Charus erat VVolfgange tibi & , dux inclyte, patri  
 Quem tuus & patruus quemque adamabat avus  
 Dux Ludovice, tuus fuit hic Cantzlaricus olim  
 Consilii reliquos iuvit & usque duces  
 Lustra bis octo duosque ut vitae expleverat annos  
 Hic placida in domino morte solutus obit.*

*Decessit XXIII die Aprilis undecima hora pomeridiana anno  
 Domini MDLXVI.*

VIII. Quod ad familiam Cancellarii nostri adtinet, vixit is primum in conjugio cum *Elisabetha*, *Casparis Breidenackeri*, *Weissenburgensis* patricii, filia, ex eaque procreavit duos filios, *Paulum* & *Albertum*, filiamque *Margaretham* (a). Post defuncta illa duxit uxorem ex familia *Blumenaveriorum* (b), a gente sive nobili sive patricia *Argentinenfi* *Blumenavio-  
 viorum*

(a) cf. *Bernhardi Hertzogii*, secretarii primum *Bipontini*, dein praefecti *Wærdensis*, in comitatu *Lichtenbergensi*, qui ex eadem familia uxorem duxit. *Chronicon Alsatiae* L. X, cap. XI, in recensione familiarum & patriciarum & civicarum *Weissenburgensium* p. 220.

(b) Id prodit Cancellarii nostri ex filia nepos *Valentinus Helfant*, in literis supplicibus d. II Sept. an. 1578 datis, his verbis: *Wie mein Vetter Heinrich Schorr (welcher doch nur von einem Bandt vnd erst lang hernacher mit der Blumenauerin gezieht worden) dero bey meiner Großmutter Elisabeth Breydenakerin seel. Leben erkantten Erblehen &c.* Loquitur autem de emtione beneficii *Langwertiani* in *Boebelsheim* an. 1539 facta.



viorum (c) distinguenda. Atque hæc secunda uxor ipsi peperit plures liberos, qui absque nomine interierunt, præter *Henricum*, gentis *Schorrianae*, modo *Schorrenburgianae*, factorem.

*Paulus* ex priori matrimonio circa an. MDXIII natus ob mentis imbecillitatem post patris obitum & curatorem accepit (f), & tandem dato pretio in coenobio seu schola illustri Hornbacensi usque ad vitæ finem nutritus est (d). Obiit anno ætatis LXXI.

*Albertus*, alter filius, circa an. MDXVIII natus ad literarum studia cum felici ingenio accessit, positisque tirociniis Wittenbergam abiit, ibique sub auspiciis *Melanchtonis* literis operam dedit. Tum quidem *Melanchton* in epistola ad *Suebelium* ejusque collegas *Glaferum* & *Hilsbachium* (e) hoc de eo testimonium scribit: *Adolescens, de quo scribis, potest conjungi Alberto Schorrio, qui Dei beneficio feliciter in studiis versatur, & quidem eruditiori atque interiori philosophiæ jam se dedit: aut si nondum ille assequi Albertum potest, & habet opus grammatica institutione, potest recte commendari Wendelino Sirrichio.* Ex academia reduci *Alberto Schorrio* post aliquod tempus, anno nimirum MDXXXIII ineunte, mandatum est munus scribæ fisci principalis sive numerarii. Obiit is an. MDLXXXVIII.

Mar-

- 
- (c) Quæ gens nobilis extincta est sec. XVI in *Georgio de Blumenow* improbi; cf. *Hertzog* l. c. L. VI, p. 220, qui certe, si *Schorrio* ex hac familia obtigisset uxor, id commemoraturus fuisset. Sed nubere ipsi non potuit, quæ non erat.
- (d) Tales vocabantur *Pfründner*. Ingressus autem est coenobium d. r. Nov. 1581.
- (e) Quæ quidem in *centuria epp. theol.* p. 27 locum occupat nonum, sed male; cum circa an. 1537 scripta sit, cf. n. LXXXV, p. 299.



*Margaretha* Cancellarii filia nupsit *Valentino Helfant* juniore, advocato (Bogt) civitatis *Weissenburgensis* (f).

Ex *Blumenoveria* tandem natus circa an. MDLIII *Henricus*, qui postquam omnes curias scholæ illustris *Hornbacensis* magna cum laude superaverat, *Marburgum* se studiorum causa contulit, sed inde reversus *Biponti* privatus vixit, familiæ *Schorrianae* tandem senior, & lineæ, quæ nunc *Schorrenburgiana* dicitur, fator (g).

### III.

Anno demum MDXXXIII die Sabbathi post festum divi *Antonii* ab *WOLFGANGI* ducis impuberis tutoribus, *ELISABETHA* matre ac *RUPERTO* patruo creatus est Cancellarius *HENRICUS HASSE DELAUFFEN* juris civilis ac publici peritissimus (a); quo honore ornatus is *Ruperti* ducis nomine comitiis

G

tiis

(f) *Hertzog* l. i. p. 220 & 224.

(g) Quæ ab *Alberto* facta fuit altera linea, seculi superioris initio jam intercidit.

(a) Testantibus literis vocationis, quarum primam de ipso Cancellarii officio communicamus: *Von Gots Gnaden vvir Elizabeth ꝛc. Wittve, vnd vvir Ruprecht ꝛc. bekhennen vnd thun kundt meinglich mit dießem Brief, das vvir als Furmunder, vnd in demselben Namen des Hochgebohrnen Fürsten vnser freuntlichen lieben Sons Vettern vnd Pflegsons Herzog Wolfgangs ꝛc. den Erbern vnsern lieben getreuen Heinrich Hasßen zu vnserm Cantzler vnd Rat In vnser Cantzley nachuolgender Gestalt bestellt vnd angenommen haben, Also, das er vns der selbige vnnser Cantzley treuwlich vnd mit Fleiß versehen, den andern Substitut, vnd schreiber anvveissen, vnd darzu halten soll, das so in gerurter vnnser Cantzley verhandelt vurt vffzuschryben, vnd nach notturfft zu registrirren, auch alle treffenliche Misiven, oder andre brieff, an denen vns oder vnnserm Fürstenthumb gelegen, nach gehaptem Radt vnd seiner besten Verstandniß selbs zu concipiren, vnd die selbige sampt allen andern vnnser Fürstenthumbs Freiheiten, Solt vnd Rechenbüchern oder andern briefflichen vrklunden zum besten veruwaren vnd behalten vns vnd vnnsern Fürstenthumb auch In Re-*



tiis WORMATIÆ anno sequenti celebratis interfuit (b). Quallis vero, quantique nominis ea ætate vir fuerit *Hafius*, ex eo colligere licet, quod ipsum postea Carolus V. cæsar maximus in numerum consiliariorum suorum adsciverit, atque *Georgio Sigismundo Seldo*, vicecancellario imperii negotiorum focium adjunxerit. Ita de eo *Sleidanus* (c) refert: *Et Navius* (d) hoc ipso tempore vitam morte commutavit; cujus in locum deinde successit *Georgius Seldus*, jureconsultus, eique fuerunt adjuncti, propter multitudinem negotiorum Germaniæ, *Joannes Marquardus*, *Badensis* (e), & *Henricus Hafius*, qui fuerat *Palatini ante*, & nuper admodum *Bipontini principis consiliarius*,

then vnd sonst nach seiner besten Verstenntniß vnd Vermögen gehorsam vnd gevertig sin, vvider meinglich vsgenommen seine Herrn, denen er mit Lehenspflicht veruwandt ist, denen er auch vvider vns nicht dienen, vnd vns Federzeit, souil Zme solicher seiner Lehenspflicht halber zu thun geburt furbehalten solle; vnd sunderlich soll er vns alles das thun, das einem Cantzler Rath vnd Diener seinem Herrn von Rechts oder Geuohnheit vwegen zu thun zuset vnd geburt, vvas er auch also In vnnsern Rethen Canzley oder sunst vnnser oder vnnser Fürstenthumbs Heimlichkeit, die sich zu uerschvveigen geburen lieset sich hert, oder sunst erfert, die soll er ewvighen verschvveigen vnd niemants offenbahren In kheinen vvegk, vwie der erdacht vverden mocht, darzu soll er sich auch, so lang er in diesem vnnsern Dienst ist, vnd sein vurd mit kheiner andern herschaften Diensten noch Dienstgeld an vnnsern sundern vvisen vnd willen verpflichten oder beladen &c.

- (b) cf. *Recessum dictorum comitorum*.  
 (c) in *Comm. de statu rel. & reip.* ad an. 1547 L. XVIII, p. 525, edit. 1610.  
 (d) *Jo. Navius* seu potius *Navesius*, *Raves*, in *Bern. a Mallinkrot tract. de Archicanc. S. I. & Cancell. imp. aulæ &c.* cf. *Wenckeri coll. archivi & canc. jura* p. 440 anno 1549 obiisse dicitur. Verum annus 1547 rectior est, quem quoque *Melch. Adami in vitis Germ. Itorum & polit.* p. 34 *Sleidanum* fecutus expressit.  
 (e) *Jo. Marquardus*, ante principum *Simmerensium* consiliarius & Cancellarius.



*rius, rerum Germanicarum valde peritus. Cancellarii vero officium apud nos nonnisi per quadriennium administravit; in quod tempus cadit memorabilis valde eaque prima rei forensis ordinatio, qua Rupertus dux tutor, consuetudinum & ordinis judiciarii in foris ditionis Bipontinæ diversitate atque incertitudine abrogata, novam formulam eamque generalem, ad quam processus judiciarius deinceps exigendus esset, promulgandam typisque exscribendam curavit. (f) Quæ quidem legis provincialis, inde a Kalendis Januariis anni MDXXXVI vim habituræ (g), editio prima (h) Biponti die*

G 2

Lunæ

- (f) Habet ea hunc indicem: *Gerichtsordnung des Furmunder Herzog Wolfgangs, Pfalzgraven &c.*
- (g) Lubet quædam ex mandato, Elisabethæ ducis viduæ & Ruperti ducis tutoris ordinationi novæ præfixo, huc transcribere ad fidem dictis faciendam: --- *Thun kunth aller maniglichen --- Wie vvir aus täglicher Erfahrung vernommen, in mißbrauch vndt vngleichen verstand ervvachsen, vund also im geringen Bezirk vnder eyner Oberkeyt, villerley vvidervertiger mißbrauch in gerichtlichen Processen befunden vverden, dardurch hochgedachts vnnsers freuntlichen lieben Süns, Vettern vndt Pflegsüns Herzog Wolfgangs vnderthanen vndt augehorigen, zu zeiten in merkliche rechtvertigungen, Kosten vndt schäden ervvachsen. Das vvir deshalben seiner liebden Landschaften vndt Vnderthanen zu Gute beuvegt vvorden. Soliche angezeygte, nichtige rechtuertigungen vndt vnüttze Kosten, darin sie bissher gefurt vvorden, seindt zu uerhüten mit guttem Rath, vndt vorbetracht eyn vndergerichts Ordnung in deren Fürstenthumb fürzunemen vndt auffzurichten, Ordnen, setzen vndt wöllen darumb, aus fürstlicher Oberkeyt, das nun hinfürter: Nemlich auff den Newen jarstag des fünfzehnhundertsten Sechsvnddrisigsten Jahrs anzufahen, diese nachvolgende vndergerichts Ordnungen, in allen vnsern vndergerichten gehalten, auch inn fürsfallenden Irrungen die zu rechtuertigung wachsen, darauf gehandelt, vndt an vnsern Vndergerichten erkent werden soll &c.*
- (h) Ea igitur longe prior est, tum statuto Palatino, vulgo *Landes-Ordnung* tum ordinationi judiciali, *Landrecht*; quippe quæ primum sub Ludovico V. elect. an. 1582 prodire.



Lunæ post festum circumcissionis Domini facta, sequentibus temporibus pluries repetita, emendata & aucta prodiit (i). Neque vero diu venerata est curia Bipontina *Hafium* Cancellarium, cum jam anno MDXXXVIII in isto munere successorem habuerit *Jacobum Rottenburgarum*, atque *Hafius* in aulam Heidelbergensem evocatus fuerit (k), illustriorem Cancellarii Archipalatini dignitatem, qua Florentinus a Venningen, vir summus, d. VII Sept. an. MDXXXVIII cum vita defunctus erat,

- (i) Repetita est jussu Wolfgangi ducis an. 1567 & sequenti anno publicata; Johannis ducis auctoritate statutis civilibus de successionebus, unione prolium, emtione venditione, ceterisque & ad politiam spectantibus & criminalibus aucta prodiit an. 1578, quæ postrema editio novis curis emendata & recusa est an. 1615, jubente Joanne II sub cujus imperii initium an. 1605 primum quoque promulgata est ordinatio judicii superioris: *Houegerichtsordnung*. Prior autem illa sub Friderico duce an. 1657 renovata & excusa est; tandem utraque, & superioris & inferioris judiciorum, ordinatio repetita est imperante Gustavo Samuele an. 1723, qua novissima editione utimur etiamnum, corpus juris statutarii Bipontini universi expectantes.
- (k) *Hafium* Cancellarium jam Archipalatinum an. 1541 comitiis Ratisbonensibus Ludovici electoris nomine interfuisse ostendit *Recessus* subscriptio §. 83. Eundem vero etiam postquam Fridericus electoratum regendum susceperat, provinciam illam obtinuisse doceant literæ d. 26 Jan. an. 1545 scriptæ, quas *contractas* communicamus: *Wir Wolfgangk von Gots Gnaden Pfalzgraue bey Rheinn ꝛc. Bekennen vnd thun kunth offenbare mit diesem Brieffe. Nachdem hievor weylant der hochgeborn Fürst Her Ruprecht, Pfalzgraue bey Rhein ꝛc. vnser lieber Vetter seliger leplicher gedechtnuß vnserm liebenn getrewen Heinrichenn Hasenn von Lauffen, der Churfürstlichenn Pfalz Canzler seiner Liebden hauß zu Zweinbruken, zu einem rechtenn erplehen Soenen vnd Dochtern von seinem Leib geboren gnediglichenn gelawen vnnnd zugestellt, vnnnd Ime volgens vff sein vnndertheengs Ansuchen bewilligt, solich hauß zuuerkaufen, vnd sein Gult Gutt, so er zu Meltsheim hat, vnnnd vonn denen vonn Winterthur herkompt sampt allen dessen Zgehörungen, Ekern vnnnd Mattenn, Rechtenn vnd Gerechtigkeiten*



erat, suscepturus. Atque hoc officium non solum vivo LUDOVICO V pacifico, electore administravit, sed etiam sub ejus fratre successore FRIDERICO II sapiente. Quodsi vero in eadem statione successorem habuit *Hartmannum, Hartmanni ab Eppingen*, qui antequam Fridericus sapiens electoratum adisset, hujus Cancellarius fuerat (1); augurari licet, *Hassium* tum cæsaris a consiliis esse cœpisse. Quicquid ejus sit, virum egregium cæsar ipse cognoverat, atque sibi adeo conciliare studebat, uti eum consiliarium deligeret, præsidem senatus Lucemburgici constitueret & ab ineunte anno XXXXVII quasi adjutorem procancellarium haberet, ex quo tempore præclaris in dies facinoribus illustrior factus est. Scilicet ex quo cæsar formulam interreligionis componendam curaverat, eamque in comitiis Augustanis an. MDXXXVIII publicatam, ab omnibus ratam haberi volebat, inter consiliarios cæsareos *Hassius* fere princeps erat, qui illam in Sueviæ civitates introduceret, imperium harum democraticam abrogare,

G 3

for-

zu seiner liebden Eigenthumb gemacht, vñnd alsbaldt wieder wie vorlautth zu Erplehen vñnn seinenn Liebden empfangen, das wir Itzt als Oberster Fürmünder, vñnd In Namen deß Hochgebohrnen Fürsten vñnser freundlichen lieben Vetteren vñnd Pflegsonns hern Georg hanse, Pfalzgravenn bey Rhein &c. Nach Abgangk Hochgedachts vñnser Vetteren Herzog Ruprechts &c. seligen obbeltem Heinrich Hasen von Lauffenn bestimpt Gult gut zu Melßheim, mitt alleu dessen zugehörigenn Ekern, Matten, Rechten vñnd Gerechtigkeiten zu rechtem Erplehen Sone vñnd Dochtern vñnn seinem Leib geboren gelawen habenn, vñnd leihen ihme das hiemit vñnd Inn Krafft dieß brieffs --- --- Vñnd daß zu urkunt haben wir Herzog Wolfgangk vñnser Inngesigell ann dießen brieff thun henken, der Geben ist zu Zweinbrücken vff Montag nach Paulus bekerunge tag, Imm funfzenhundert funf vñnd vierzigsten Jar.

- (1) *Hartmannus Hartmanni senior*, patria Eppingensis, primum Heidelbergæ docuit, ibique an. 1519 decani philosophici officium gessit, dein vero ad munera civilia amplissima admotus est. Non



formamque aristocratiam in iis stabilire iuberetur. (m) Quamvis autem cæsar tum quoque WOLFGANGUM ducem nostrum acrius urgeret, ut formulam istam, quam vocant *Interim*, haberet ratam, atque hic constanter æque & reverenter cæsari repugnaret, nihil tamen gravius cæsar in ducem statuit. (n) Unde fere suspicor, *Hafsum* fidelem ipsi operam hac in re præstitisse. Neque enim destitit Wolfgangus, virum istum summa auctoritate præditum beneficiis fovere, quem in cæsaris consilio haberet sui studiosum. (o) Quin *Hafius*, qui fuerat ante consiliarius cæsaris aulicus & præses senatus Lucem-

---

folium enim in supremo S. R. I. dicasterio, quod Spiræ agebatur, duodecim annos summa cum laude adfedit inter iudices, sed etiam Friderici comitis Palatini, & antequam is electoratus Palatini regimen susceperat, Cancellarius fuit tanta cum auctoritate, ut Solon Palatinus appellari mereretur; cf. *Melch. Adami in vitis Hætorum* p. 34 b). *Hub. Thomae Leodii Annales Frid. II.* p. 140 b) & 220 a). Obiit vero is d. 3. Jul. 1547, testante epitaphio, quod filius ejus *Hartmann Hartmanni junior*, practicarum observat. a patre collectarum, & a se primum an. 1570 editarum, præfationi subjunxit.

- (m) Vide *Sleidanum* l. c. L. XXIII, p. 666, ad an. 1551, *Thuanum hist. sui temp.* ad an. 1548 & 1551 P. I. L. III. p. 355 & L. VI. edit. parif. 1604 cf. quoque L. VIII, p. 875; *Crusii annales Sueni* P. III. L. XI. Cap. XXII, p. 272. & XXV, p. 280, edit. Germ. *Moser*. denique *Seckendorffium* in comm. de *hist. Luth.* L. III, §. CXXXVII, n. 12.
- (n) Cf. *Sleidanus* L. XX, p. 582 ad an. 1548 & L. XXI, ad an. 1549. p. 606. sq.
- (o) En documentum literarum, quæ fidem faciant dictis: *Wir Wolfgangk von Gotts Gnadenn, Pfalzgraue bey Rheine &c. bekennuen vnd thun kunth offentlich mit dießem Brieff das wir vnsern lieben getrewen Hainrich Hasen von Lauffen auß sondern Gnaden, damitt wir Ime wol genaigt, auch umb der getrewen Dienst willen so er vnns nuhn ettlich Jarhero gethan, vnd furthin wol thun kan, zu rechtem Mannlehen zu newenn angesetzt vnd getauhen haben, Setzen vnd reichenn Ime auch hiemit vnd in crafft*



cemburgici (p) an. MDLV (q) denuo consiliarii sanctioris extraordinarii pollicitus est officia. Quid porro de eo actum fuerit, nos latet. Ex conjugē autem Elisabetha Hælwegia reliquit tres filios, *Ludovicum, Henricum & Joannem Ulricum* (r).

## V.

*deß briefs dreißig Gulden Gellts je funfzehnen bazen sur den Gulden gerechnet, Zerlich vund jedes Jars besondre auf allerheiligen dag acht Dag vor oder nach ungenerlich vff vnserer Cammer zu bezalen, vund mit sechshundert Gulden hauptguts Jetztgemelter wehrung zu vnserm oder vnserer Erben vund nachkommen Gefallen abzulüssen --- Der gebenn ist auff allerhailigen den erstem Dag Nouembers Anno funfzehnhundert, funfzig vnd vier.*

- (p) Literæ an. 1550 d. 8. Aprilis scriptæ, quarum index est: *Kauffverschreibung vber drei dausent Gulden hauptguts vnd anderthalb hundert Gulden pension, her heinrich Hasen verschrieben eum dierferte dicunt Heinrich Hasen von Lauffen, der Römisch Kayserlichen Majestät Hoffrath vnd President zu Lutzenburg; uxoremque ejus Elisabetham Hühwigiam.*
- (q) Quod testantur literæ die annuntiationis Mariæ an. 1555 in ipsius gratiam scriptæ, in quibus vocatur *Rath von Haus aus: Wir Wolfgang ꝛc. Bekhemmen ꝛc. daß wir zu vnserm Rhat vund diener von Hausaus bestellt vnd angenohmen haben, den Ersamen vnsern lieben getrewen, Heynrich Hasen von Lauffen --- Also das er vns nun hinfurthier auff vnser eruordern In rathen vnd sonst wider meinglich (außerhalb der Rhö. Kay. vund Kon. Mayt. vnserer allergenedigste herren, vnd andere sine herrn, denen er auch mit dinst vnd Lehenn verpflichtet ist) dienen, gehorsam, vnd gewertig seyn, doch nit anders dan zu seyner gelegenheyt, vnd insonderheyt auch soll er nit schuldig oder verbunden sein, sich auff Reichstag oder andere langwirige taglaistungen vnd weytte Raisen gebrauchen vnd verschiken zu lassen ꝛc.*
- (r) Ex quibus duo majores jam an. 1577 sine heredibus masculis defuncti, *Joannes Ulricus* vero *Hasius de Lauffen*, qui an. demum 1585 obiit, superstites habuit *Joannem Henricum, Philippum Rupertum & Evam*, annis minores.



JACOBUS ROTTENBURGER sive *Rottenberger*, juris utriusque doctor, die dominico post festum corporis Christi f. d. XXIII Junii an. MDXXXVIII designabatur Cancellarius & consiliarius, quo eodem anno die nativitatis Christi in locum *Ludovici ab Eschenau*, aulæ magistri, successus est *Christophorus Landschadius a Steinach senior* & Dominus in Gündelsheim. Neque vero *Rottenbergerus* integrum triennium in dignitate, quæ ipsum illustrasse magis videtur, quam ab ipso ornata, permansit: sed eandem nescio an lubenti aut invito animo commutavit honore consilii honorarii, *Rath von Hauff aus*, quem per litteras principis tutoris d. VII Martii an. MDXXXI datas recepit annuum, cum licentia alibi fortunarum sedem quærendi. Atque quamvis nihil nobis de eo innotuerit postea, nisi quod & isto honore se abdicaverit, conjicio tamen ipsum in hoc ducatu remansisse, atque *Tabernis montanis* posteros reliquisse; ex quibus post viginti annos in indicem discipulorum & alumnorum *Hornbacensis* scholæ relatos legimus *Ludovicum Rottenberger*, & *Jonam Rottenberger*.

† †

Post *Rottenbergerum* nemini statim Cancellarii dignitas collata est, sed cancellariæ præfecturam aliquantum temporis administravit *Albertus de Kirckel*, homo magnæ tum auctoritatis, quippe qui jam an MDXXXIII exeunte ad regem *Ferdinandum Pragam* cum plena potestate ablegatus & confirmationem tutelæ *WOLFGANGI* principis impuberis d. XVII Dec. & investituram nomine principis sui & tutorum *ELISABETHÆ* ac *RUPERTI* die sequenti impetraverat. Is quidem ab an. MDXXXVII officium numerarii (*Kammerschreiber*) gesserat, nunc vero kal. Jul. an. MDXXXVIII renunciatus Secretarius (primarius) & cancellariæ director, *Secretarius vnd Canslei Verwalter*, hæc munera administravit usque



que in annum XXXXIII, quo corrector diœceseos Lichtenbergensis factus est. Tum vero exeunte Martio mense ex diœcesi Lichtenbergensi in aulam evocatus est *Jacobus Weidenkopfsius ab Ockenheim*, qui Cancellarii dignitate ornaretur.

## VI.

**JOBUS WEIDENKOPF** ab **OCKENHEIM**, vir reipublicæ gerendæ peritia, integritate & auctoritate florentissimus, quondam secretarius (a), dein corrector diœceseos Lichtenbergensis & consiliarius (b), tandem d. XXVIII Martii amplissimum æque & gravissimum Cancellarii officium suscepit (c). Hac indutus persona eodem anno inter præcipuos auctores exstitit, qui celebratissimum illud pactum Marburgense d. III Oct. inter **WOLFGANGUM** principem Bipontinum, ejusque patrum adhuc tutorem **RUPERTUM** de portione terrarum Veldentinarum huic relinquenda, sub auspiciis Philippi, Landgraviæ Hassiæ, composuere (d). Atque idem Rupertus testamento an. CIOIOXXXI, cum ipsi nondum filius natus esset condito, non solum *Eschenavium* & *VVeidenkopfsium* illius constituit excutores, sed etiam si habiturus esset ac relicturus filios tanquam tutores ac curatores **Wol-**  
H gango

- 
- (a) Die Lunæ post festum Juliani an. 1529. f. d. 12. Jul. *Weidenkopfsius* & *Joannes Soderus* de *Tattenryet* renunciabantur, qui essent a secretis & ab epistolis, Secretarius und Cansleychreiber.
- (b) Triplici vice hanc præfecturam secundariam, quæ haud raro in unum vel plures annos mandari solebat, accepit, primum die pentecostes an. 1530, iterum anno sequenti, tum post mortem Ludovici ducis Dominica invocavit 1533. Identidem vero simul fuit a consiliis.
- (c) Testantibus literis tutorum, *Elisabethæ* & *Ruperti*, die Martis post Lætare datis.
- (d) Vide supra vitam *Schorrii* §. VII.



gango duci, tutori supremo adjungendos esse voluit, unde patet, quantam noster prudentiæ & virtutis laudem habuerit. Neque vero Cancellarii officium ob laborum multitudinem sustinere ausus, impetravit a serenissimo Wolfgango, ut sibi de illo decedere, atque ad priorem provinciam redire liceret (e). Rediit igitur ad munus correctoris in diocœsi Lichtenbergenſi d. II. Martii an. CIOIOXXXIII, atque postquam Rupertus comes palatinus Veldentinus eodem anno die XXVII Julii in arce Grevenstein diem supremum obiisset, prudentissime tutelam GEORGII JOHANNIS principis (f) Velden-

- 
- (e) Proferre liceat ea de re litteras Wolfgangi ducis datas & a nobis contractas: *Wir Wolfgangk von Gots Gnaden Pfalzgraue &c. Bekennen vnd thun khundt offentlich mit diesem Brieff; als vnser lieber getreuer Job. Weydenkopff von Ockenheim bj Zeit des hochgebornen Fürsten Herrn Ludwigs Pfalzgraue bj Rhein &c. vnser freuntlichen lieben hern Vatters zu ein Landschreiber In vnser Ampt Lichtenbergk angenommen vnd besteldt, auch volgendts darjn bj der hochgebornen Fürstin, Frauen Elisabethen Pfalzgreuin vnsern freuntlichen lieben Frau Mutter, vnd dem hochgebohrnen Fürsten hern Ruprechten auch Pfalzgrauen &c. vnserm freuntlichen lieben Vettern vnd gewesenen Fürmunder, biß er zu vnserer Cantzley als ein Cantzler bestelt worden, plieben, darnach Ime vns an vnserem hove lenger vnd verharlich zu thinen angelegen gewesen, das wir solchemnach Inen abermals zu vnserm Landschreiber In vnser Ampt Lichtenberg bestelt vnd angenommen haben, bestellen vnd annemmen den auch hiemit vnd in Crafft diß briefs, Also daß er widderumb solch Landschreiberei wie vor treulich vnd nach seinem besten Verstandniß versehen, verwalten -- solle --- Des zu vrkhund haben wir vnser Secret vff diesem brief thun druken, dartzu mit vnser hand vndergeschrieben, der geben ist zu Zweinbrukenn vff Montag nach Invocavit, des funfzehundert vier vnd virzigsten Jars.*
- (f) Quum adhuc scriptor nullus de obitu Ruperti Veldentini curate scriperit, supplementi instar addimus notitiam libro apographo, quo acta tutelæ Georgii Joannis Veldentini continentur, præfixam: *Vff Montag den Acht (rectius Sieben) vnd Zwenzigsten*



dentini cum *Eschenavis* sub auspiciis heri sui gessit, pactorumque de futura hereditate archipalatina subinde celebrandorum particeps fuit (g). Correctoris vero seu Landscribæ munus retinuit usque ad annum CIOCLV, quo is die pentecostes de statione sua decedendi licentiam accepit, ita tamen ut nunquam non a consiliis ducis (Rath und Diener von Haus aus) esse pergeret (h). Quousque vitam produxerit non habeo, quod certo dicam. Ab anno quidem CIOCLXI cæsarea auctoritate Wolfgango duci nostro, Georgii Johannis Veldentini tutori supremo seu honorario, additi sunt alii curatores, Christophorus, dux Wirtembergensis & Carolus Marcgravius Badensis. (i) Verum *Weidenkopfsius* etiam po-

H 2

stea

---

*Julii Anno Daufent funffhundert Vierzig vnd viere des Morgens umb ain Uhr, ist der durchlechtig Hochgeborn Fürst vnd Herr Herr Ruprecht Pfalzgrauß bey Rhein Herzog inn Bairn vnd Graue zu Veldenz hochloblicher Gedechtnuß nach langwiringen Krankhaiten so sein F. G. ain Zaitlang erlitten von diser zergenglichen Weltt zu Greuenstein ganz Christenlich vnd Gottseliglich verschieden vnd surter gen Zwaybrücken In die new Pfarrkirch gefurt vnd begraben vvorden ꝛc.* Consentit cum hisce homilia funebris ipsi dicta, eaque mſta, quæ tamen verius d. 17 Julii in narratione de obitu principis expressum habet.

- (g) Maxime pacti illius an. 1553 Heidelbergæ conditi, in quod tamen *Weidenkopfsius* principis impuberis nomine haud alia conditione descendere voluerat, quam si is major annis factus illud ratum habiturus esset. Neque vero dein Georgius Johannes portione sibi ex pacto isto debita contentus esse voluit, sed majorem hereditatem appetens lites movit graviores. Scilicet dolebat, pactum illud Disibodenbergense inter Johannem Simmerensem & Rupertum Bipontinam, Wolfgangi olim tutorem, suumque patrem an. 1541 *Eschenavii* & *Schorrii* opera clam compositum irritum haberi, aut abrogatum fuisse posterioribus pactis Heidelbergensibus; sed hæc nimis longum foret disputare.
- (h) Successit ipsi tum in officio præfecturæ *Nicolaus Widtmann*.
- (i) cf. *Electa juris publici curiosa* vol. II. cap. II. de Differentiis in causâ



stea in vivis fuisse videtur. Elogium enim uxoris an. CIOIOLXIII Heidelbergæ defunctæ sepulchrale, mariti tanquam vivi mentionem facere videtur (k): tum quoque testimonium quoddam ab eodem, licet sine die & anno scriptum, quum Georgius Johannes major annis factus pactio[n]i Heidelbergensi de hereditate Palatina an. CIOIOLIII initæ contradicere cœpisset, suspicari nos jubet, *Jobum* nostrum etiam an. CIOIOLXVIII vixisse (1). Ex conjugē *Margaretha Schloeria* plures suscepit filios, ex quibus maxime memorari meretur *Jonas VVeidenkopffius ab Ogkenheim*, cameræ imperialis assessor, quo patre usus est *Alexander VVeidenkopffius J. V. D.* & per XVII annos ejusdem iudicii in Germania assessor. *Alexandri* filius *Joannes Adamus VVeidenkopffius ab Ogkenheim* d. XV Febr. an. CIOIOLXXXV natus, J. V. D. primum in iudicio illo imperii causarum patronus, dein consiliarius intimus Palatinus Birckenfeldensis cælibem vitam d.

---

success. Veldent. n. 14 Pfalz Sulzbachische facti species &c. Beylagen Num. XI. Extract. Ettlingischen Abschieds de 24 Jul, 1564 &c. p. 165.

- (k) Conservavit illud *M. Adami* in *Apogr. monum.* p. 20: *Im Jar nach vnser Herrn Jesu Christi Geburt, als man zalt M. D. LXIII vff sonntag den XV Augusti ist in Gott seliglich verschieden die ehren vnd tugendsam Margaretha Schloerin Jobin Weidenkopfs ehelich Hausfrau, vvelcher der Allmachtig ein fröhlich vferstehung verleihen vvolle.*
- (1) Hoc enim anno Georgius Johannes major annis factus, cum occuparet partem hereditatis Palatinæ per pactum Heidelbergense sibi obvenientem, solemnī protestatione declaravit, se illa non contentum fore. Tum vero *Jobus Weidenkopffius* requisitus fuisse videtur, ut eloqueretur, quid principis nomine in tractatu pacti Heidelbergensis actum a se esset; cf. *Directorium probationis ad materiam articulatam &c.* Hern Georg Hansen, Pfalzgrauen 2c. contra Churfürst. Pfalz n. 8. in *Actis & aditatis in adione L. Difsamari &c.*



d. XVIII Febr. an. CIOIOCXXXVIII finivit (m). Tacemus reliquos, qui ab eadem stirpe profecti claritatem nominis habuerunt.

## VII.

Trium annorum & octo fere mensium spatio demum elapso, vocabatur MICHAEL HAN, qui Cancellarii locum in consilio triennium teneret (a). Patria ei fuit Kentzinga, dynastiæ Usenbergensis in Brisgovia vicus, civitas vero Argentoratenensis ornamenta attulit. Hujus enim reipublicæ syndicum egerat, antequam ad nos adveniret (b). Eodem anno, quo Cancellarii & consiliarii partes suscepit *Hanius*, *Christophoro Landschadio*, seniori, aulæ magistro, successerat amplissima hac in dignitate *VVertherus a Zeiskheim* (c). Incidit

H 3

vero

- 
- (m) Perinde ut habet homilia funebris a *Jo. Valentino Corvino*, pastore Birkenfeldensi & sacrorum antistite, dicta, ac Spiræ 1639 typis excusa.
- (a) Testibus litteris, quarum initium & finis sic se habent: *Wir Wolfgangk von Gots Gnaden Pfalzgraue bei Rhein, --- bekhe-  
nen vnd thun kunth menniglich mit diesem Brief, daß vvir den  
Erbarn vnsern lieben getrewen Michael Hanen zu vnserm Rath  
vnd Canzler Inn vnser Canzlei, drei, die nechstvolgende Jar  
heud dato anzurechnen nachvolgender Gestallt bestellt vnd ange-  
nommen haben --- Der geben ist zu Zvveinbruken vff Freitag  
Sannt Martins des hayligen Bischoffstag Ime sunfzehenhundert  
sieben vnd vierzigsten.*
- (b) Vide *Wenckeri observat* I, ad *G. Aebbtins tract. de archivis & registraturis &c. Appar. & instr. archivorum* p. 16. an. 1539 in conventu Ratisbonensi a proceribus evangelicis lectus fuit cum binis aliis ad protocollum colloquii Norimbergæ habendi, quod tamen haud processit; cf. *Seckendorf Hist. Luth.* L. III, §. LXIX addit. III, p. 205.
- (c) Illustrissimus hic vir an. 1547 die Lunæ post festum purificationis b. Mariæ, utramque, & aulæ & dioceseos Bipontinæ præfecturam accepit. Quadriennio post ad comitia Augustana ablega-



vero Hani præfectura in difficillima reipublicæ tempora. Vicitus enim, captus, proscriptus jam erat primus foederis Smalcaldici præses, Saxonix elector; captus etiam erat hoc ipso anno non Marte sed arte Philippus magnanimus, Hassix Landgravius, pro quo se cum electoribus Saxonix & Brandenburgico fidejussorem præstiterat WOLFGANGUS DUX, illius gener; neque illum ideo cæsar victor iratus dimittere gestiebat (d), sed percussis (e) evangelicorum rebus cæsar omnia pro arbitrio agebat, quasi illis finem adlaturus. Subsecuta erant anno sequenti XXXXVIII comitia illa armata Augustana; in iisque promulgabatur interreligionis formula, quam nemo Germanix procerum absque gravissimis periculis recusare auderet. Quamvis autem Wolfgangus dux hactenus cautissime egisset, neque se foederis Smalcaldici diffi-

cult-

---

tum egit. Eodem anno *Vicegerens*, Stadthalter, dictus est; qui in statione mansit usque in annum 1555, quo satrapiam dicecesium Meisenhemensis, Landsbergenensis, earumque & dicecesis Lichtenbergenensis consecutus est. Habuit is filium cognominem, quem an. 1559 præfecturam diceceseos Novicæstellanæ & consiliarii honorem recepisse cognovimus.

- (d) Qua ratione Wolfgangus dux difficillima hac in causa se actorem & adiutorem præstiterit, docuit illustris *Bachmannus*, tum documentis XII ex tabulario Bipontino sumtis, tum egregiis observationibus, anno 1768 Manheimii in supplementum *historiæ captivitatis Philippi Magnanimi &c.* a doctissimo L. G. *Mogenio* conscriptæ, editis hoc titulo: *Zwölf Urkunden zur Erläuterung der Geschichte der Gefangennehmung Philipp des großmüthigen Landgrafen zu Hessen ic.* Ex probatione VIII patet, Ludovicum ab *Eschenau*, archisatrapam tum Novicæstellanum, Wolfgango duci hac in re maxime a consiliis fuisse.
- (e) Ita *Chytraeus* in orat. de *Wolfgango duce*: *sed optimum & firmissimum foedus esse ducebat, justa & necessaria modeste agere, talibus enim Deum ipsum confoederatum esse, & in foederibus plerumque alienorum erratorum poenas luendas esse, ab agnato Principe Friderico Electore gravissime monitus erat.*



cultatibus irretiri passus esset, quamvis etiam cæsar illum hac de causa adhuc satis benigne tractasset (f): non potuit tamen sibi temperare victor, quo minus ducem piissimum & pacificum, quem adesse ibidem jussierat, gravibus urgeret modis, ut formulam istam reciperet. Verum dux constantiæ ac pietatis exemplum edidit, sententiamque suam anno sequenti denuo cæsari reverentius perscripsit (g); unde factum est, ut quamvis adversarii nonnullam calamitatem rei evangelicæ apud nos tum inferre conati sint, hæc tamen non plane nimium detrimenti caperet. Gravius enim a cæsare reprehensus dux piissimus, rem cum episcopo Spirensi, quantum ad hunc pertinebat, tractare quidem cœpit, sed prudenter adeo procrastinavit, ut cum anno CIOIOLII cæsar a Mauritio electore subito oppressus atque etiam Henricus II, Galliarum rex cæsari bellum illaturus esset, felicissime se omni periculo liberatum videret, ecclesiæ in terris suis salutem, majori etiam cura, tuiturus. Quas partes laudis ex rebus illo tempore prudentissime gestis habeat, non satis liquet. Illud vero scimus, Wolfgangum ducem nonnisi peritissimis viris usum esse, quorum concilio ipse præsideret. In primis erant *Ludovicus ab Eschenau*, archifatrappa jam Novicastellanus, *VVernherus a Zeiskheim*, aulæ magister, *Christophorus Landschadius a Steinach*, illius decessor & successor, *Philippus Franciscus*, comes Rheni ac consiliarius, *VVolfgangus VVamboldus ab Umstatt*, senior, *Johannes Landschadius*, *Christophori filius*, *Jacobus Schorrius*, *Jobus VVeidenkopffius*,  
 corre-

- 
- (f) Adeo quidem, ut ipse Augustus, cum an. 1546 in itinere, quod Ratisbonam instituerat, Biponti diverteret, atque Wolfgangi ducis conjugem, Annam, Philippi Hassiæ Landgravii filiam, tum puerperam, humanissime æque & liberalissime videret, narrante *Sleidano* L. XVII, p. m. 456.
- (g) *Sleidano* teste, L. XX, p. m. 582 & L. XXI, p. 606 sq. cf. quæ supra in vita *Hassi* diximus.



corrector dioeceseos Lichtenbergensis, ut juniores taceam. Cum talibus communicabat consilia, inter plerosque quotidie versabatur, eorumque auctoritatem moderabatur *Hanius* Cancellarius. Atque licet is tantum tres annos gravissimas Cancellarii partes sustinere promississet, eas tamen retinuit, neque prius sibi de officio isto discedendum duxit, quam adesset; qui illi administrando par foret. Is quidem fuit, *Ulricus Sitzingerus*, Wormatiensis, J. U. D. jam ab anno CIOIOLI, inter consiliarios ducis nostri versans; qui cum divino ingenio natus esset, idque omnibus artibus humanioribus ac disciplinis gravioribus instructum ad res gerendas attulisset, facile inter omnes præstitit gratia & auctoritate, atque tum negotiis domi peragendis gravissimis, tum legationibus obeundis fere unus adhiberi cœpit. Postquam igitur *Hanius* Cancellarius & *Sitzingerus* consiliarius cum *Christophoro Landschadio a Steinach*, aulæ magistro, Augustam ad comitia transigendæ pacis religiosæ causa an. CIOIOLV celebrata ablegati (h), inde reduces erant, *Hanius* successorem accipit *Sitzingerum*, & ex eo tempore sanctioris consiliarii (von Haus aus) honore (i) contentus vixit (k). Filios quidem nullos vero, quantum scimus, paternarum virtutum hæredes, reliquit.

## VIII.

(h) cf. *Recess. comit.* in subscriptione §. 144 subjuncta.

(i) Quem ipsi tribuit Wolfgangus dux per literas d. 11. Nov. an. 1555 scriptas.

(k) Anno 1561, inter consiliarios superstes fuit; sed brevi post a nobis discessisse videtur. Anno certe 1563 jam diem supremum obiit, quod cognovimus ex literis investituræ liberorum *Michaelis* & *Philippi* filiorum, *Sibillae* & *Annae* filiarum, quorum omnium nomine feudum cameræ, patri quondam Cancellario & consiliario Hanovienfi concessum recepit tutor *Christophorus Koeffel*, civis Argentinenfis. Filii an. 1595 jam absque heredibus defuncti erant.



## VIII.

*Hanio* de provincia Cancellarii an. CIOIOLV exeunte decedenti successit ULRICUS SITZINGERUS ab HOLENSTEIN, lumen olim reipublicæ Bipontinæ, dein Neoburgicæ ad Danubium, cui ob summa merita id temporis per Germaniam celebrata post mortem contigit, ut quem divus WOLFGANGUS, dux Bipontinus gloriosissimus, suarum virtutum præconem habuit laudatissimum, eundem quoque suarum laudum testem & auctorem inveniret, *Davidem Chytraeum*, theologum Rostochiensem humanissimum (a). Atque hunc secutus est *Melchior Adami*, biographus clarissimus, qui orationem *Chytraei de Ulrico Sitzingero* lege narrationis brevius astrictam vitis jureconsultorum & politicorum, qui seculo XVI floruerunt, adiiciendam recte existimavit (b). Atque cum *Sitzingerus* talis tantusque vir fuerit, ut si quis eum ex veritate laudare velit, ab hac ipsa desciscere velle videatur, malumus vitam ejus laudesque fide *Chytraei*, ipsius familiarissimi, scriptam, quæ in *M. Adami* biographiis legitur, huc transcribendam & notulis illustrare aut emendare, & quibusdam documentis, quæ haud injucunda fore speramus lectoribus, locupletare, quam propria scriptione de illorum auctoritate derogare. Habebunt certe sic juvenes nostri, qui ad rempublicam aliquando accedere gestiunt, in *Sitzingeri* vita exemplum vitæ studiorumque, quibus ipsos

I

opor-

- 
- (a) Cujus oratio de Ulrico Sitzingero *J. U. D. Cancellario inclyti principis Wolfgangi, Palatini Rheni, ducis Bavariae, &c. scripta &c. Rostochii anno 1577* primum prodiit; dein ejusdem viri clarissimi volumini *orationum* p. 209 sqq. inserta legitur. Inscripterat autem illam auctor ipsius quondam Cancellarii hero, serenissimo duci Neoburgico, Philippo Ludovico, literis Rostochii d. 20 Dec. an. 1576 datis.
- (b) Utimur editione illarum III five novissima, quæ Francofurti an. 1706 excusa est forma majori; pag. 97-100.



oporteat esse instructos, denuo sibi ad imitationem propositum. idque illustrissimum. En igitur illam : „ WORMATIÆ - *Sitzingerus* hic nascitur, patre cognomine, matre *Anna Rorcardina* (c), anno CIOLOXXV, die XI Aprilis. E patria Norimbergam cum fratre *Samuele*, jam elementis primis linguæ Græcæ ac Latinæ imbutus, missus est; *Joannique Ketzmanno* felici ibidem juventutis informatori (d), in disciplinam traditus. Grammaticen celeriter absolvit, ac tum soluta tum ligata utriusque linguæ exercitatione cum quovis æqualium certavit.

II. „ Sexennio Norimbergæ exacto, Wittenbergam, anno quadragesimo quarto profectus est; ubi biennium adhuc *Martinum Lutherum* pro concione & in schola docentem, audivit. *Melanchthon* autem & propter patriæ conjunctionem, & ingenii bonitatem modestiamque, & *Viti Theodori* (e) commendationem, statim eum in familiaritatem interiorum & mensam suam recepit. Paulo post & *Davidi Chytraeo*, *Joannis Brentii* & *Georgii*, fratris *Philippi*, literis aditus est patefactus: ubi uterque publicas lectiones cum multis sedulo frequentarunt, & in communi mensa museoque studia familiariter coluerunt. Audivit autem *Melanchthonem* interpretantem *Thucydidem* ac *Pindarum*,  
„ So-

(c) Parentes hos *Sizingeri* fuisse honestissimos & patricii &c. senatorii ordinis dicit *Chytraeus* l. c.

(d) Erat is scholæ Laurentianæ præfectus; cf. G. G. Seltner's kurze Erläuterung der Nürnbergschen Schul und Reformation's Geschichte 2c. 1732 pag. 78.

(e) *Vitus Theodorus*, an. 1507 Norimbergæ natus, & Wittenbergenfis Academiæ alumnus, & duumvirorum reformandæ ecclesiæ, Lutheri ac Melanchthonis, familiaris, in patria sua, in æde d. Sebaldi evangelium docuit ibidemque præmatura morte obiit d. 26 Maji 1549; cf. *M. Adami in vitis theol.* p. 96 sq. & *Schwarzii* progr. de Norimbergenf. bene de Acad. Witeb. meritis.



„ *Sophoclis* item ac *Euripidis* tragoedias plerasque : *Herodo-*  
 „ *tum* vero , *Xenophontem* , & *Plutarchi* vitas & moralia pri-  
 „ vatim cum *Chytraeo* evoluit. Dialecticē recte judicandi &  
 „ artificiose differendi magistram , non solum didicerat inte-  
 „ gram , verum etiam magnæ auditorum frequentiæ in aca-  
 „ demia post bellum instaurata dexterrime tradidit , dispu-  
 „ tationum ac orationum scribendarum exercitia adjunxit ,  
 „ in quibus præceptorum applicationem & usum fideliter  
 „ monstrabat. Historiam ecclesiæ & veterum monarchia-  
 „ rum ac Germanici præcipue imperii & vicinorum regno-  
 „ rum res gestas , vespertinis potissimum horis legebat , non  
 „ recreandi solum & reficiendi animi causa , verum etiam ,  
 „ quod doctrinæ juris cognitio antiquitatis multum lucis ad-  
 „ fert , & sæpe in republica consilium monstrat , & priva-  
 „ tim in animis amorem virtutis accendit & confirmat. Nec  
 „ his contenta mens generosa cum arithmeticen & initia do-  
 „ ctrinæ de circulis cœlestibus secum in academiam attulis-  
 „ set : ulterius etiam in eruditore illa & dulcissima parte  
 „ Philosophiæ progressa , doctrinam cœli & stellarum in tanta  
 „ varietate constantibus & certissimis motuum legibus , &  
 „ effectionibus pene ut artifex didicit. Nam & motus lumi-  
 „ narium & eclipses ex tabulis supputavit : & calendaria  
 „ annua , quod alioquin habenti ephemerides facillimum est ,  
 „ ipse composuit : *Chytraeum* ipsum , cum *Wittembergam*  
 „ venisset , *Geneses* seu themata cœlestia erigere primus do-  
 „ cuit. Nam & astrologicis illis lusibus , exemplo & hor-  
 „ tatu præceptoris *Philippi* , delectabatur ; qui se intra me-  
 „ tas physicas in τετραβ.βλω Ptolemæi verecunde præscriptas  
 „ continebat , cum alioquin , αριστον μαντιν ειναι την ευβελιαν  
 „ lege Dei gubernatam judicaret , ac sæpe somnia sua divi-  
 „ nationibus astrologicis præferret , & solis prædictionibus  
 „ in cœlesti doctrina traditis de maximis ecclesiæ & imperi-  
 „ orum mutationibus , ac imprimis de pietatis & recte facto-  
 „ rum præmiis , scelerum in hac vita & omni æternitate



„ certo secuturis , certam fidem tribuendam esse : & has non  
 „ alendæ curiositatis causa , verum ut pœnarum & præmio-  
 „ rum cogitatio ad virtutem & pietatis studium ardentius  
 „ accendat , considerandas affirmaret . Præcipue autem ethi-  
 „ cen & politicen *Sitzingerus* studiose didicit , non eo solum ,  
 „ ut ad juris doctrinam , cujus principia & fontes ac demon-  
 „ strationes ex lege naturæ & ethicis deductæ sunt , se præ-  
 „ pararet : sed multo magis , ut in regendis moribus se ad  
 „ philosophicam moderationem adsuefaceret , & ornatam il-  
 „ lam ac suavem speciem virtutis dignam homine docto effi-  
 „ ceret . Quare non *Melanchtonis* solum epitomen , quæ ta-  
 „ men fontes & nucleum jurisprudentiæ continet , & de mul-  
 „ tis controversiis judicium format ; sed *Aristotelis* etiam ethica  
 „ & politica & *Ciceronis* de legibus libros evoluit ; qui ori-  
 „ ginem juris universi , ex natura mentis humanæ ad ima-  
 „ ginem Dei conditæ , & distinctione justorum ac injustorum  
 „ illustratæ eruditissime detexit . Cujus exemplum *Fran-  
 „ ciscus Connanus* nostra ætate , in aurei illius sui Digestorum  
 „ operis exordio feliciter imitatus est . *Platonis* etiam leges  
 „ & πολιτειῶν libros tametsi magna ex parte ironiis refertas  
 „ esse videbat , sedulo perlustravit .

III. „ Ita præclare jactis & stabilitis doctrinarum fun-  
 „ damentis , ex omnibus iis artibus , quas Philosophia am-  
 „ bitu suo complectitur ; & quæ ad excolenda & acuenda in-  
 „ genia necessariæ sunt , recte præparatus & excultus , ju-  
 „ risprudentiæ studio se totum dedere *Sitzingerus* anno  
 „ Christi millesimo quingentesimo quadragesimo octavo , con-  
 „ tracto matrimonio , de quo postea , incepit ; & relictis  
 „ antea aliquoties memoriæque penitus infixis Institutionum  
 „ libris ; qui principia & summam doctrinæ juris perspicua  
 „ methodo explicant : fores jurisprudentiæ ingressus , & an-  
 „ tecessores juris tardius procedentes in schola audiens , recta  
 „ sibi ad ipsa penetralia doctrinæ contendendum esse judica-  
 „ rit . Quare Pandectas legum , quæ universam æqui & boni  
 „ sci-



„ scientiam, & integrum juris civilis corpus continent: ad-  
 „ junctis *Joachimi Hopperi* commentariis brevissimis, me-  
 „ thodum & seriem operis admirando & pulcherrimo ordine  
 „ contextam, & titulorum summas ostendentibus & in co-  
 „ dice præcipue summa *Axonis* adhibita, diligenter & at-  
 „ tente privatim perlegit: & in singulis titulis, legum acer-  
 „ vos in methodi dialecticæ locos, definitiones, divisiones,  
 „ causas, effectus & actiones inde orientes digessit. Deinde  
 „ ex Codicis etiam libris XII, in quibus ad eosdem titulos  
 „ principum Romanorum constitutiones relatæ sunt, & Ju-  
 „ stiniani Novellis ac ex jure canonico quoque, præcipua le-  
 „ gum capita ad eos methodi locos sub titulis Digestorum  
 „ convenientibus reposuit. Non enim paucas materias tan-  
 „ tum, de successione ex testamento vel ab intestato, de  
 „ contractibus & actionum formulas in praxi & quæstu fo-  
 „ rensi maxime usitatas, quas solas fere vulgus rabularum,  
 „ in foro causas agentium, attingit: sed integram & per-  
 „ fectam præceptorum juris civilis doctrinam, seu æqui &  
 „ boni artem *σωκρατοποιεῖν*, & solidam studuit animo complecti.  
 „ Hac mediocriter præcepta & exemplis præstantium ac usu  
 „ peritorum artificum, in judiciis & legum applicationibus  
 „ observatis, & exercitatione ac usu, artium magistro ac-  
 „ cedente, singularia etiam negocia, quæ in deliberationi-  
 „ bus de republ. & privata hominum vita, quotidie inci-  
 „ dunt, judicare recte potuit. Etsi autem privatorum etiam  
 „ lites in judiciis interdum disputabat; tamen, cum illibe-  
 „ raliorem illam vulgarium causidicorum artem, ad fucan-  
 „ das sophisticæ prætextu sæpe injustas malorum cupiditates,  
 „ ad extrahendas lites, ad emulgendos pecunia clientes,  
 „ fere comparatam a naturæ & voluntatis suæ instituto alie-  
 „ nam duceret: ad sublimiorem usum, reipubl. fructuosio-  
 „ rem & veræ dignitatis plenioris studia & exercitationes  
 „ suas retulit. Itaque & Institutiones juris in Academia eru-  
 „ dite privatim enarravit & ad hanc maximarum rerum con-



„ filia gubernanda , sese vera Dei invocatione & diligentia  
 „ in juris Divini ac humani doctrina recte & solide cogno-  
 „ scenda, & amore veritatis , justitiæ , & cæterarum virtu-  
 „ tum ornamentis præparavit. Nec postea cum ad rempubl.  
 „ accessit, lectionem & studia intermisit. Visus est in ali-  
 „ quot conventibus, Neoburgi ad Salam ( f ) Augustæ in pri-  
 „ mis, Maximil.comitiis ( g ), & antea etiam Wormatiæ ( h )  
 „ circumferre librum, in quo de præcipuis dogmatum con-  
 „ troversis, inter nostros *επιπολαξέσεις*, testimonia & con-  
 „ firmationes vere sententiæ, ex diversorum auctorum ac  
 „ *Lutheri* præcipue scriptis, locos integros, manu sua col-  
 „ legerat: ut in promptu argumenta & rationes idoneas ha-  
 „ beret, quibus se & alios ambigentes erudiret, aut diver-  
 „ sum in deliberationibus contendentes refutaret.

## III.

- 
- ( f ) Eo convenerant principes A. C. d. 10 Jan. 1561 de A. C. subscri-  
 ptione communi renovanda, deinde de concilio Tridenti habendo  
 deliberaturi. Est vero nobis ad manus inedita epistola eaque in-  
 signis a *Sitzingero* reduce Neoburgi d. 10 Mart. 1561 ad amicum  
 quendam Norimbergensem ( credo Hier. Baumgærtnerum, patrem, )  
 scripta, qua is huic consilia & momenta actionum Naumburgen-  
 sium perscribit, ac singularem prudentiam æque & moderationem  
 in causis religionis tractandis prodit; quam una cum ceteris Sit-  
 zingerianis publicare constitutum nobis est. Sustinuit vero in hoc  
 conventu non solum heri sui, sed etiam Christophori ducis Wür-  
 tembergenfis personam.
- ( g ) Mense Martio an. 1566 celebratis. In illis ipse Wolfgangus dux  
 aderat, secumque adduxerat etiam Theologum, *Sitzingero* iudice,  
 doctum quidem & ingeniosum, sed non satis modestum, imo in  
 Melanchthonem, suum præceptorem, acerbum; qui quantum ad-  
 versatus tum fuerit Friderico, septemviro Palatino, notum est in-  
 ter omnes.
- ( h ) Putat credo colloquium Wormatiense an. 1557 habitum; de quo  
 male interrupto quid senserit *Sitzingerus*, ipsa ejus aliquando  
 epistola, ad Melanchthonem Biponti d. 21 Oct. 1557 scripta, docebit.



III. „ Cum itaque præstantis ingenii , diligentiae ac  
 „ profectus in doctrina juris specimen egregium & in acade-  
 „ mia & in foro deposuisset vitæque ac morum in eo gravi-  
 „ tas eximia esset: publico collegii Ictorum testimonio orna-  
 „ tus, & ordini custodum justiciæ ac legum insertus est, de-  
 „ cano *Laurentio Lindemanno* (i). Paucis post diebus, cum  
 „ familia Norinbergam, & inde WORMATIAM profectus; ubi  
 „ cum ad juvandam communem hominum utilitatem, juris  
 „ artem transferret; & consiliis ac patrocinio suo in vicino-  
 „ rum principum judiciis, bonas causas bene ageret ac tue-  
 „ retur: cito in multorum sapientum gubernatorum ac prin-  
 „ cipum, & in his ducis Wolfgangi Palatini Rheni notitiam  
 „ pervenit, a quo in consiliariorum aulæ senatum coopta-  
 „ tus (k), eodem anno exeunte Bipontum eum familia com-  
 „ migravit.

V. „ Excellebat ingenio, virtute, sapientia, & boni-  
 „ tate heroica Palatinus Wolfgangus; ac eruditorum justi-  
 „ tiæ & veritatis amantium consiliariorum, quos exemplo  
 „ Alexandri Romani, magno numero alere, & in delibera-  
 „ tionibus singulorum sententias attente audire solebat, fa-  
 „ miliaritate inprimis delectabatur, & de ingeniis ac vo-  
 „ luntatibus hominum sagaciter judicabat (l). Ibi cum in  
 „ sen-

---

(i) In margine additum: *Doctor juris renuntiatur 1551 mense Febr.*

(k) d. 4 Aug. 1551.

(l) Duplicis vero generis consiliarios alebat, alios ordinarios, alios præsentis, atque utrosque vel equestris ordinis, vel eruditos & Ictos. Præterea purpurati ipsum sequebantur prudentissimi, fortissimi ac nobilissimi. Neque etiam poenitebat comites dynastasque vereri Wolfgangum tanquam herum suum, ex quibus nominasse sufficiat *Philippum Franciscum Rhingravium* eumque ab an. 1551 consiliarium, *Georgium comitem a Castel*, *Ludovicum comitem a Loewenstein*, *Quirinum Gangolsum*, dynastam de *Hohengeroldseck*, qui vicegerentis & tribuni militum honores apud nos consecutus est, *Henricum Reussium*, dynastam de *Plauen* & *Philip-*



„ sententiis dicendis *Sitzingerum* recta ad statum causæ col-  
 „ lineare; & in perplexis ac intricatis negotiis, subito ubi  
 „ mo-

---

*pum* dynastam *Winnenbergium*, judicem curiæ. Ex equestri ordine *Sitzingerus* Biponti habuit collegas *Ludovicum* ab *Esehenau*, *Christophorum Landschadium a Steinach*, aulæ magistrum, *Wernherum a Zeiskheim* & *Johannem de Schwarzenburg*, principes, *Wilhelmum Cranzinn de Geispolzheim*, *Wolfgangum Wamboldum ab Umstatt* patrem filiumque, *Philippum a Gemmingen*, qui ab eruditione insigni cognomen invenit *sapientis*, præfectum Novicæ *Simonem Boosium de Waldeck*, judicem curiæ, *Joannem de S. Ingberto* consiliarium, ceteros ut taceam, qui absentes erant a consiliis, aut quos Neoburgi habuit collegas, neque enim omnibus enumerandis sufficeret pagina. Præter illos a consiliis erant Excancellarii *Jacobus Schorrius*, *Henricus Hasius*, *Jacobus Rotenburger*, *Jobus Weidenkopfsius* & *Michael Hanius*, tum consiliiarii ordinarii aderant *Augustinus Eckius*, *Waltherus Drechselius*, quem Philippus Ludovicus dux Neoburgicus suum dein legit Cancellarium, *Joannes Stiberus*, Cancellarius post Bipontinus, *Henricus Schwebelius* illius successor, *Wenceslaus Zulegerus*, postea præfes senatus ecclesiastici Archipalatini, *Nicolaus de Harracort*, *Simon Schardius*, magni nominis vir, *Gallus Tuschelinus*. *Maximilianus de Krait*, *Joannes Wolfius*, ceteri. Alebat etiam absentes jctos *Ludovicum* & *Dionysium Grempios* fratres, *Bernhardum Botzhemium*, *Casparem* & *Eusebium*, *Hediones*, *Joannem Sturmium*; quibus tandem addimus *Inmanuelem Tremellium* primum scholæ illustris rectorem, *Cunmannum Flinsbachium*, antistitem Bipontinum & secretarium cancellariæ *Bernhardum Hertzog*, chronographum Alsatæ. Verum abstineo ab enumeratione eorum, qui post *Sitzingeri* a nobis discessum in *Wolfgangi* principis sapientissimi concilium vocati sunt. Video enim me jam adduxisse nubem testium sapientiæ illius divinæ, dignorum sane, quorum memoriæ recolendæ operam nostrates, qui sapere gestiunt, suam aliquando adhibeant. *Flinsbachii* quidem, *Tremellii*, *Schardii*, *Wolfii*, *Zulegeri* cet. vitas exposuit *M. Adami in vitis Istorum, & theologorum*; *Tuschelii* memoriam conservavit *Freherus in theatro virorum eruditorum*; aliorum merita alii celebrarunt. Sed superest magnum spicilegium; in quo nos quidem nunquam non otium pie consumemus.



„ momenta & nerui essent, videre, & consilia sua illustri &  
 „ nervosa brevitare perspicue explicare animadvertisset, sin-  
 „ gulari eum benevolentia & amore princeps optimus com-  
 „ plecti cœpit. Quem paulo post etiam eloquentiæ *Sitzin-*  
 „ *geri* latinæ admiratio auxit: cum detrectantibus id orandi  
 „ munus aliis, diutius in republ. versatis, Henricum II Gal-  
 „ liæ regem, principibus Germaniæ libertatem veræ reli-  
 „ gionis, & principum captivorum, ac sui soceri ducis Wolf-  
 „ gangi, liberationem, Carolo V imperatori, bello moto,  
 „ extorquentibus, & occupata Mediomatricum urbe, Bi-  
 „ pontem cum exercitu amico ingressum, oratione latina,  
 „ splendida atque ornata, jussu & nomine principis sui ex-  
 „ cepisset.

VI. „ Postea durante bello, & liberato ex diuturna cu-  
 „ stodia Philippo, Wolffgangi socero, & institutis cum Nas-  
 „ soviensi de controversia comitatus Cattorum (m), & inter  
 „ alios principes aliis de causis dissentientes, amicis transa-  
 „ ctionibus, cum princeps Palatinus mandato Caroli vel pa-  
 „ cificatoris personam gereret, vel parti alteri consilio ad-  
 „ esset, *Sitzingeri* inprimis opera fidei & felici in negociis  
 „ illis & legationibus (n) usus est. Quarum occasione in mul-  
 „ torum principum & regum, Ferdinandi, Maximiliani, ut  
 „ & ante in Caroli V imperatoris notitiam pervenit. Hic ho-  
 „ norificentissime se de *Sitzingeri* ingenio & virtute præstanti

K

„ sen-

(m) Controversia hæc tandem an. 1557 Francofurti sopita est, teste *Thyano*. cf. *G. Estor jus publ. Hass. hodiernum* Cap. II § X & *Origg. juris publ. Hass.* p. 114. *Sitzingerum* vero hac in causa consilio adfuisse tantum existimamus, quum Wolfgangus dux in ea personam arbitri non sustinuerit.

(n) Neque enim ab eo tempore, quo *Sitzingerus* rempublicam apud nos administrare cœpit tum comitatu, tum circulorum diætæ, tum colloquia, tum alii conventus celebrabantur, in quibus ille non partes ablegati habuerit. Abstinemus igitur a legationum istarum enumeratione.



„ sentire , multis illustribus clementiæ & benignitatis suæ  
 „ testimoniis declaravit. Quo sapientissimi & optimi impera-  
 „ toris de se iudicio ille magis , quam nobilitatis & comitis  
 „ Palatini aliarumque dignitatum , quas sponte ipsi optimus  
 „ cæsar Carolus contulerat , titulis se delectari ostendit ( o ).

VII. „ Ita cum quadriennio fere Sitzingeri prudentiam,  
 „ eloquentiam & in tractandis negotiis dexteritatem Pala-  
 „ tinus Wolfgangus probasset , tandem Cancellarii munus  
 „ anno CIOCLV ipsi commendat ( p ) ; quod totos fere vi-  
 „ ginti annos ita administravit ( q ) , ut non solum in præto-  
 riis

( o ) *Sitzingerum* nobilitatis prærogativa ornatum agnomen invenisse ab *Holenstein* , arce prope Sulzbacum , indicant ejus elogia ; eademque docent , ipsum a cæsarum consiliis fuisse.

( p ) Factum id est , postquam cum *Hanio* Cancellario Augusta Vindelicorum , quo ad comitia ablegati fuerant , Bipontum reduxerat. Exeunte igitur anno 1555 in *Hanii* se munere isto abdicantis locum susceptus est. *Hanius* certe d. 11 Nov. dicti anni istud consularii honore commutaverat.

( q ) Sequitur *Adamius* in hoc errorem , quem erraverat *Chytraeus* haud levem. Novimus enim vicissitudines aliquas , quas ab eo *Sitzingeri* officium habuit. Scilicet postquam triennium Cancellarii Bipontini dignitatem laudabilissime atque cum summo fructu ecclesiæ & reipublicæ Bipontinæ gesserat , Neoburgicum in ducatum , quem ab *Otonis Henrici* electoris obitu aditurus erat Wolfgangus dux , discedere ab hero iustus , in provincia illa danubiana Cancellarii gravissimum onus an. 1558 exeunte suscepit ; ex eoque tempore *Joannes Süberus* cancellariæ Bipontinæ directorem agere cœpit. Nihilominus Cancellarius ille jam Neoburgicus nequitquam consiliis suis ducatu nostro defuit , sed utriusque salutis consuluisse censendus est. Verum quum Wolfgangus dux ecclesias Neoburgicas ordinaturus *Jacobum* maxime *Andreae* , theologum illum Tubingensem , adhibuisset an. 1560 & sequenti , varia accidisse videntur , quæ *Sitzingero* minus jucunda esse poterunt. Optimus enim hic vir *Melanchtoni* , theologo moderatissimo , & amicissimus & adfinis , ad hujus maxime mentem consiliaque adhuc omnia in re sacra duxerat constituenda ; sed *Me-*



„ riis negotiis & regendis judiciis, verum etiam in aliis gra-  
 „ vissimis deliberationibus, ad totam rempublicam spectan-  
 „ tibus, sapientiam, integritatem, fidem ipsius & amorem  
 „ ac curam publicæ salutis optimus princeps, nobilitas &  
 „ civitates grati agnoscerent & laudarent.

K 2

„ VII.

*lancton* a. 1560 defunctus consilia pacifica arbitriumque quasi medium secum abstulisse videbatur, ita ut theologorum contentioforum iræ non cælestes in dies ingravescerent. Itaque etiam in ducatus Bipontino ac Neoburgico *Marbachii* & præsertim *Andree* opera Calvinianorum aliorumque dissentientium disciplinæ damnari, & adversus eos mandata publicari cœperunt: tum quoque factum est, ut *Conradus Marius*, præceptor principum juventutis, Calvinismi, tanquam criminis, infimulatus captusque *Sitzingeri*, patroni sui, animum fidemque prodere videretur; quæ de re ipse *Sitzingerus* in literis d. 15 Aug. 1561 ad *Jo. Seb. Pfauferum*, antistitem ecclesiarum Lauinganarum, ac theologum eruditissimum, questus est. Quum igitur varias ob causas atque negotiorum molem aulæ pertæsus esset, secessit inde an. 1561 & præfecti (Landrichter) Solisbacensis provinciam adiit, quod ipse literis ad *Casp. Peucerum*, *Melanchthonis* generum, d. 14. Maji 1562 Solisbaci scriptis memorat: *De præfectura mea quod mihi gratularis, amanter gratiam habeo. Cum diu quaesivissem occasionem discedendi ab aula, tandem illustrissimus princeps voluit me huic muneri præesse, quod nullo modo ambivi. Etsi autem ejus administrationis non parum taedium & laboris habet: tamen si ad priorè conseratur, tranquilliori conditione uterer, si ab aulicis negotiis plane immunis essem. Nunc utroque loco laborare cogor, & sæpe hinc cum magna molestia mea ad aulica negotia avocor.* Maluit igitur *Sitzingerus* tum ducem suum porro consiliis & ministerio adjuvare, præsertim ob religionis dissidia aliasque rationes, quam spem functionis honestissimæ syndici civitatis Augustanæ sibi an. 1561 a duumviris hujus reipublicæ præstantissimis, *Jo. Bapt. Heinzelio*, consule, atque *Rechlingero*, præfecto urbis, oblatam amplecti. Anno autem 1562 ab *Joanne Alberto*, duce Megapolitano, Principe præstantissimo, liberalissimis invitatus conditionibus haud mediocrem illi gratificandi sedemque mutandi voluntatem habuisse videtur, sed ea de re *Heinzeli*, patricii Augustani,



VII. „ Ut igitur domicilium & templum Dei, & hospiti-  
 „ tium ecclesiæ Christi tranquillum, & florens ad posterita-  
 „ tem palatini Wolfgangi ditio esset, suasor fuit principi: ut  
 „ summa veræ de Deo doctrinæ populo proponendæ, & to-  
 „ tus administrationis ecclesiasticæ ordo, in vocandis & in-  
 „ stituendis ministris, in ecclesiarum inspectione & visitati-  
 „ one, in iudicio ecclesiastico, in synodis, Scholis, & riti-  
 „ bus

sententiam sibi duxit expetendam. Mansit tamen noster in Pala-  
 tinatu Neoburgico, atque cum se hero suo subtrahere nollet, prin-  
 cipibus exteris e longinquo adfuit. Tanta quippe in eo fuit con-  
 filiorum maturitas, dexteritas agendi ac prudentia, ut virum  
 hunc sibi conciliare studerent principes plures. Hinc ille non so-  
 lum a cæsarum *Ferdinandi I & Maximiliani* fuit a consiliis, sed  
 etiam aliis Germaniæ proceribus interque eos etiam duci Wür-  
 tembergenfi certo conductus stipendio, suam quamvis absens præ-  
 stitit operam, quod tum ex ejus elogiis sepulchralibus, tum epi-  
 stolis ab ipso ad viros isto ævo clarissimis cognoscere nobis licuit.  
 Quamvis enim infinitis distractus esset negotiis, literarum tamen  
 commercium coluit cum præstantissimis quibusque viris, quarum  
 prima lineamenta numero haud exiguo in tabulario ducali Solis-  
 bacensi etiamnum adservata tractare quondam licuit venerando  
 quondam avo meo *G. C. Joannis*. Animus mihi est eas cum ali-  
 orum omnis generis virorum, qui superioribus seculis floruerunt,  
 epistolis junctas in *Spicil. II tabb. ac litt. vet.* tandem e carce-  
 ribus, in quibus adhuc latuerunt, emittere. Dedit is alioquin  
 etiam aliquot plagularum epistolam ineditam, *de inauguratione*  
*Maximilian. II* an. 1562 Francofurti peracta, ad *Philippum Lu-*  
*dovicum & Joannem, C. P. Rheni, Wolfgangi* ducis filios natu  
 majores, plenam ut salutaribus monitis, ita piis cum maxime vo-  
 tis. Fuit enim *Sitzingerus*, judex provincialis Solisbacensis, in  
 comitatu splendidissimo *Wolfgangi* ducis, qui secum plusquam  
 LX purpuratos & ministros reipublicæ Francofurtum adduxe-  
 rat. cf. *Bernh. Herzogium*, qui illos recensuit in *Chron. Alsat.*  
 L. II, p. 212 sq. Quod reliquum est, cum *Sitzingerus* Cancellari-  
 ii officium dimisisset, tum in ducatu Neoburgico, proscripta pror-  
 fus est Calvinii doctrina, tum in ducatu Bipontino controversiæ  
 de s. cœna agitari cœperunt acerbius, præsertim ex quo *Wolf-*



„ bus sacrorum in templo servandis, scripto comprehendere-  
 „ tur: quod perpetua velut norma esset, quam in doctrina  
 „ & tota gubernatione ecclesiarum reliqui ministri & inspecto-  
 „ res sequerentur. Id scriptum adhibitis theologis & aliis  
 „ idoneis confectum, & *Melanchtonis*, *Brentii*, aliorumque  
 „ theologorum judiciis comprobatum (r), anno LVII pri-  
 „ mum excusum; & post aliquot annos, cum morte Ottonis  
 „ Henrici, electoris Palatini, Neoburgicus etiam ad danu-  
 „ bium ducatus Palatino Wolfgango cessisset, recognitum: &  
 „ a filiis non minus paternæ pietatis & virtutis, quam du-  
 „ catuum hæredibus, præfixa principis Wolfgangi confes-  
 „ sione, testamento ipsius inserta, denuo editum est. Idem  
 „ multis comitibus & civitatibus vicinis, & aliis etiam re-  
 „ ligionem sinceriorem amplexis exemplum & norma fuit,  
 „ ad quam suas ecclesias constituerunt. Cum sciret, non fa-  
 „ tis esse scripto complecti, & mandare aliis sapienter deli-  
 „ beratas & salutare constitutiones, nisi executio etiam &  
 „ perpetua diligentia, res recte inchoatas tuendi, & sarci-  
 „ endi accedat: statim initio auctoritate publica ecclesias in-  
 „ spiciendas, & pastores, ordine de singulis doctrinæ Chri-  
 „ stianæ in libro edito præscriptæ articulis examinandos, &  
 „ dissentientes ab ea norma, vel inciticia aut morum turpi-  
 „ tudine pollutos removendos, idoneos præficiendos: sti-  
 „ pendia honesta danda, & populum ad catechesin & disci-  
 „ pli-

K 3

,, pli-

---

*gangus* a *Koetteriz*, nobilis ex Misnia huc advenisset animo in sacramentarios, ut appellatione utar id temporis trita, infensissimo, quem ipsius epistolæ ad *Jo. Marbachium*, theologum Argentoratensem, scriptæ satis superque ostendunt; hinc factum, ut quemadmodum *Marbachius* Argentorati veterem confessionem ab an. 1561 immutaverat, imo sensim profligabat, ita & ab eo tempore tranquillitas ecclesiarum nostrarum perturbaretur.

(r) Præverat in promulganda ordinatione ecclesiastica *Wolfgango* duci elector Palatinus, *Otto Henricus*, qui an. 1556 *Henrici Sto-*



„ plinam adsuefaciendum : postea etiam quotannis repeten-  
 „ dam inspectionem ecclesiarum a superintendentibus ac aliis,  
 „ & si quid labefactum esset, sarcendum : vel senatui eccle-  
 „ siastico, ut corrigatur, indicandum curavit (s).

VIII. „ Auctor præterea idem fuit suo principi, non so-  
 „ lum ut inferiores scholas, in quibus legendi & scribendi  
 „ rationem & initia grammatices, & catecheseos pueri di-  
 „ scerent, & in templo canerent, in singulis oppidis & pa-  
 „ gis frequentioribus conservaret: verum etiam duo gym-  
 „ nasia,

---

*lonis* prof. Heidelb. *Mich. Dilleri*, concionatoris aulici, & *Jo. Marbachii*, Argentina evocati, opera talem componendam curaverat, quæ Württembergicæ *Brentio* auctore, & Argentoratensi, *Capitone* & *Bucero* auctoribus, consentanea esset, cf. *Siruvii Bericht von der Pfälzischen Kirchen-Historie* ic. cap. IV, § 1, p. 44. Hanc igitur archipalatinam sumit *Sitzingerus*, eamque ipse pro sua harum rerum prudentia ad ecclesiam Bipontinam accommodavit. Quo facto ejus exemplum ad præstantissimum *Melanchthonem* transmissum ab hoc *Sitzingeri* quondam magistro emendatum quidem & auctum est; neque tamen omnia ab eodem monita dein approbari visa sunt. Audiebat enim jam tum *Wolfgangus* princeps *Marbachium*. cf. Progr. nostrum I *de historia scholæ ill. Hornb.* cap. I, § XI, p. 33 sqq. ubi & not. (o) p. 34 variæ editiones recensentur.

- (s) Primæ illi visitationi ecclesiarum Bipontinarum generali interfuere 1) politici: *Christophorus Landschadius a Steinach*, curiæ magister, *Ulricus Sitzingerus*, Cancellarius, *Wolfgangus Wamboldus ab Umstatt*, *Waltherus Drechsel* & *Augustinus Eck*, J. U. D. consilarii; 2) ecclesiastici: *Joannes Marbach*, conventus eccles. Arg. præses, *Hieronymus Pefold*, ecclesiastes Norimbergensis, *Vitus Nuberus*, ex abbate *Seiselssteinensi* in Austria concionator aulicus Bipontinus, & *M. Cunnannus Flinsbach*, antistes & diaconus Bipontinus. cf. *Apologiam Wolfgangi ducis confessionis fidei a Jac. Heilbrunnero* scriptam, qui de ea pluribus sed pro more suo dixit p. 196 sqq.



„ nasia , alterum in Bipontino ducatu , Hornbaci ( t ) , alte-  
 „ rum in Neoburgico , Lavingæ ( u ) , attributis redditibus  
 „ perpetuis , erigeret & legibus docendi & discendi certis ,  
 „ & disciplina arctiore , quam in academiis , nimium fere  
 „ ubique dissolutis , adstringeret. His custodiam & inter-  
 „ pretationem librorum veræ de Deo doctrinæ & ecclesiis  
 „ utriusque ducatus , & omnium artium ac linguarum eru-  
 „ ditarum , quæ ad recte intelligendam & dextre explican-  
 „ dam aliis doctrinam cœlestem & legum civilium , quibus  
 „ republ. & vita privata regitur , necessariæ sunt , princeps  
 „ commendavit.

VIII. „ Postea cum idem princeps de præceptore ido-  
 „ neo , qui tenera juniorum principum ingenia formaret , de-  
 „ liberaret : consilio *Sitzingeri* onus institutionis difficile &  
 „ periculofum , sed reipubl. inprimis necessarium & salutare ,

---

( t ) Anno enim demum ejus seculi LVIII Wolfgangus dux laudatissi-  
 mus auctore *Sitzingero* monasteria ditionis Bipontinæ , præfer-  
 tim Hornbacense ita reformaturus erat , ut eorum redditus maxime  
 impenderentur scholæ illustri fundandæ , atque jam Aug. ejus  
 rectorem designaverat clarissimum *Immanuelem Tremellium* , præ-  
 ceptorem ante principum juventutis. Postquam igitur visitatores  
 theologi interque eos primus *Marbachius* de ratione scholæ con-  
 dendæ interrogati consilium suum exposuerant , atque *Sitzinge-  
 rus* anno dicto exeunte Neoburgum profectus , ducem vehemen-  
 tius hortatus erat , ut se nullis difficultatibus absterreri patere-  
 tur , schola illustris in cœnobio Hornbacensi jam an. 1559 ineunte  
 aperiri cœpit. Verum de his *in hist. scholæ illustris* pluribus age-  
 mus.

( u ) Gymnasium Lauinganum , Wolfgangi ducis liberalitate , & au-  
 ctore Cancellario nostro , an. 1562 furrexit , atque in monasterio  
 virginum , melioribus usibus consecrando , domicilium invenit. Præ-  
 claris ea legibus a *Jo. Sturmio* munita floruit majori etiam digni-  
 tate & literarum abundantia , quam Hornbacensis nostra ad an.  
 usque 1616



„ *Petro Agricola* (x), viro eximia morum sanctitate &  
 „ suavi gravitate, fide, industria, doctrina & recti iudicii  
 „ maturitate prædito, impositum est; quo in labore Deus &  
 „ præceptoris fidem ac officium, & discipulorum mentes ac  
 „ studia clementer rexit, ut patris expectationi & præcepto-  
 „ ris diligentiae tenerorum principum pietas, intelligentia,  
 „ humanitas & doctrina responderet, eosque bonos & generi  
 „ humano salutare priucipes, Deo studiis illorum benedi-  
 „ cente, effectos esse, ac verissime a Plutarcho dici, τὴν τε  
 „ ἀρχόντος παιδεύτην ποῖον ἀγαθὸν εἶναι, res ipsa demonstravit.

X. „ Ceterum quum circumtulisset *Sitzingerus* semina  
 „ morbi lethiferi aliquot annis, postremo officio, quod prin-  
 „ cipi suo PHILIPPO LUDOVICO, Palatini Wolfgangi filio, & in  
 „ ducatu Neoburgico successori, nuptias cum ducis Cliviensis  
 „ & Juliacensis filia celebranti, magna laborum, vigilia-  
 „ rum, contentionis dicendi, & aliorum munerum assidui-  
 „ tate præstitit, vehementer aucta & amplificata sunt: ita  
 „ ut paucis, postquam æger domum redierat, diebus, ascite  
 „ extinctus sit, postridie Calendas Novemb. an. CIOCLXXIV,  
 „ cum pridie adhuc in cœna sermones cum amicis medio-  
 „ cri hilaritate & salibus conditos, de variis rebus habuisset,  
 „ & quatuor ante mortem horis Psalmum: *Exaltabo te Do-*  
 „ *mine*, notatis, ut solebat, rubrica insignioribus locis & con-  
 „ solationibus, pia meditatione repetiisset. Domicilium vitæ  
 „ ac fortunarum suarum ante quatuordecim annos, solisba-  
 „ „ chie

---

(x) *Tremellio*, qui ex anglia redux inde ab an. 1554 studiis moribus-  
 que principum juventutis præfuerat, sed an. 1558 novæ scholæ  
 illustris rector atque consistorii assessor designatus est, successerat  
*Conradus Marius*, patrocinio *Sitzingeri* usus. Verum quum  
 is mense Aprili 1561 Calvinismi, tanquam criminis reus, ab  
 aula removeretur, adscitus est *Petrus Agricola*, vir eruditissi-  
 mus æque & diligentissimus, qui tandem consilarii aulici hono-  
 res meruit.



„ chix̄ in Norico collocarat (y),cujus oppidi & vicinix̄ præ-  
 „ fecturam ipsi princeps commiserat. Ibi in arce Holestein  
 „ ex hac mortali vita evocatus, & ad conjugis defunctæ la-  
 „ tus, in facello, quod conjunctum cœmiterio est, depositus  
 „ (z) lætam cum omnibus sanctis vitæ restitutionem exspe-  
 „ ctat. Epitaphium etiam ipse vivens carmine Latino & Ger-  
 „ manicis rhytmis fecerat, quod cum familiæ suæ & con-  
 „ jugis insignibus, monumento affixum (a).

XI. „ Debetur huic etiam ICto sua laus & memoria  
 „ grata: qui justas verasque sententias etiam potentibus in-  
 „ terdum ingratas, constanter propugnavit; non imitatus  
 „ Persicos illos, *qui regi dixerunt, licere quicquid liberet*. Longe  
 „ etiam abfuit ab artificiiis & moribus sycophantarum auli-  
 „ corum, a *Sidonio Apollinari* alicubi graphice depictorum,  
 „ non habuit linguam venalem, non fuit *δαρδανος*: non au-  
 „ cept gratiæ aut auræ popularis, non Epicuræus Cyclops,  
 „ quales in aulis multi. Negotia quæ modo potuit, transac-  
 „ tione æque diremit, religionis pacem defendit, concor-  
 „ diam inter cives ac principes fovit. Labores diurnos a pre-  
 „ catione & lectione Bibliorum etiam in itineribus exorsus  
 „ est, nec ullis negotiis horam precibus & lectioni sacræ de-  
 „ stinatham abripi passus: ac ut eundem morem liberi etiam  
 „ servarent, testamento sanxit. Nec ad conciones tantum &  
 „ preces publicas cum universa familia: verum ad ma-  
 „ tutinas etiam illas & vespertinas psalmodias, cum domi  
 L „ erat,

(y) Quod supra jam not. (q) curatius diximus.

(z) Non *Holensteinii*, ut ex his forte quispiam colligere posset, sed Solisbaci in facello cœmiterii humo conditus est, apposito, quod ipse vivens sibi fecit, epitaphio.

(a) Quod *Chytraeus* orationi, ejus honori dictæ, inseruit, atque nos cum alio ipsius elogio, in aede oppidana Solisbacensi, legendo, ceterisque epitaphiis in fratrem familiamque Cancellarii scriptis infra adiicimus.



„ erat, accedere solitus est ; in invocationem in suo pectore  
 „ ardentiorē accenderet ; & exemplo suo ad eadem pieta-  
 „ tis officia cives suos invitaret. Erat in vita omni amans or-  
 „ dinis, temperans, castus, sobrius, comis & officiosus. In fa-  
 „ miliaribus colloquiis singulari suavitate ac sale candido  
 „ sermones condiebat. Delectabatur historiis recitandis &  
 „ audiendis ; calumnias vero & maledicta scurrilia, præser-  
 „ tim de absentibus, plane detestabatur. Fratrem *Samue-*  
 „ *lem*, natu se juniorem, paterna benevolentia & fide prove-  
 „ xit & ornavit: sed hunc vix ætatis virilis annos ingressum,  
 „ Doctorem juris, Spiræ amisit. Domesticos omnes vero &  
 „ suavi amore & *Φιλοσοφία* complectebatur.

XII. „ Uxorem habuit matronam honestissimam, *Annam*,  
 „ natam ex sorore conjugis *Melanchthonis*, & vere pio Icto  
 „ D. Lutheri amico conjunctissimo, *Sebaldo Münstero* (b) con-  
 „ filiaro electoris Saxonix, *Johannis Friderici*, & professore  
 „ academ. Wittemb. Cum ea in fœcundo & tranquillo con-  
 „ jugio vixit ad annum usque sexagesimum septimum ; cum  
 „ eam duxisset in familia Melanchthonis anno quadragesimo  
 „ octavo (c). Obiit superata undecimi partus laboribus (d),  
 „ marito in legatione Ratisbonensi absente, superstitibus  
 „ unico filio (e) & duabus filiabus, quarum una elocata  
 „ Gui-

(b) *Münsteri* s. *Münstereri* hujus vitam brevibus descriptam dedit *Melch. Adami in vitis & Ictorum politt.* p. 33. cf. & *Lexicon eruditum Joecherianum.*

(c) Epithalamium in nuptias *M. Ulrici Sitzingeri* & *Annae D. Sebaldi Münsteri* filix, scripsit *Petrus Lotichius* secundus, editum *Witenbergæ* 4. Quod autem in pœmatibus ipsius non extat.

(d) Diem 9 Maji an. 1567 fatalem fuisse testatur *Chytraeus* in orat laud.

(e) *Ulrico*, quem unicum *Chytraeus* dicit filium, ut nominis & patrimonii, ita virtutis & gloriæ paternæ heredem,



„ Guilielmo *Rumelio*, Norico patricio (f), altera patri fenescenti, curisque & laboribus languefacto, consuetudine „ suavi ac officiis dulcissimis molestias leniit, & a patris „ ægroti latere nec interdiu nec noctu se avelli passa est (g).

- (f) Eam, an. 1571 pater ex visitatione judicii camerae, cui ab Imp. Maximiliano legatus præfuerat, domum reversus Guilielmo *Rumelio a Lonerstat*, patricio Norimbergensi in matrimonium collocavit. Hæc *Chytraeus*.
- (g) Biennio integro & quod excurrit in viduitate exacto, ad secunda transiens vota, an. 1569 d. 19 Sept. duxit *Helenam Meichsnerin*, patria Norimbergensem, *Hæctoris Hegner ab Altemweyer*, principis electoris Palatini superiori in palatinatu consilarii, viduam; quæ auno demum 1603 d. 17 Januar. aetat. LXXIII *Sulzbaci* fati functa est. Hanc notitiam debeo schedulæ avi mei *G. C. Joannis*.

Elogia sepulchralia *Sitzingeri* Cancellarii, ejusque familiæ, quorum alia *Solisbaci*, alia *Biponti*, & *Spiræ* posita sunt.

## I.

*Ulrici Sitzingeri* elogium in templo oppidano *Solisbacensi*,  
supra fores forum respicientes.

UDALRICUS SITZINGERUS AB HOLNSTEIN J. U. D. SACRATISSIMAE CAESARAE MAJESTATIS, TUM PALATINORUM ALIORUMQUE ILLUSTRISSIMORUM PRINCIPUM IMPERII A CONSILIIS, GENERE ET NOBILITATE CLARUS, VIRTUTE, PRUDENTIA ET ELOQUENTIA CLARIOR, PIETATE ERGA DEUM, SUAVITATE MORUM ERGA OMNES, INPRIMIS VERO BENEVOLENTIA ERGA AMICOS ET PAUPERES CLARISSIMUS, EX HAC LACHRIMARUM VALLE IN BEA-



TISSIMAM PATRIAM PIE ET RELIGIOSE MIGRAVIT A. C. MDLXXIV  
DIE I NOVEMBR. CUM VIXISSET ANNOS XLIX MENSES VI, DIES  
XX. SEPULTUS EST EXTRA MOENIA SULZBACHIANA IN SACELLO  
CONJUNCTO COEMETERIO PUBLICO, UNA CUM UXORE PRIMA  
ANNA EX FAMILIA MUNSTERORUM, MATRONA, PIETATE, CA-  
STITATE, ET OMNI GENERE VIRTUTUM CLARISSIMA, QUAE A.  
C. MDLXVII D. IX MAJI IN PARTU PLACIDE EXTINGTA EST, CUM  
VIXISSET ANNOS XLI MENS. O. DIES XV. RELICTA ALTERA CON-  
JUX ET LIBERI SUPERSTITES MOESTISSIMI, MARITO ET PAREN-  
TIBUS OPTIMIS H. M. B. F. C. RELIQUERUNT POSTERIS HONESTIS-  
SIMUM NOMEN ET PERPETUUM SUI DESIDERIUM, HINC MULTO  
CLARIORES.

## II.

*Aliud in coemeterio publico extra moenia, ubi Sitzin-  
gerus Cancellarius terrae illatus est.*

DEO OPT. MAX. TRINO ET UNI SACRUM.

UDALRICUS SITZINGER AB HOLENSTEIN J. U. D. SAC. CAES.  
MAJ. CUM PALATINORUM TUM ALIORUM QUOQUE ILLUSTRIS-  
S. PRINCIPUM IMPERII A CONSILIIIS, VIR DIGNITATE, PRUDENTIA  
ET PIETATE ORNATISSIMUS, EX HAC AERUMNOSA VITA IN BEA-  
TIORUM PIE ET RELIGIOSE MIGRAVIT A. C. MDLXXIII D. I. NO-  
VEMBR. CUM VIXISSET A. XLIX, M. VI. D. XX. CUJUS PRIMA UXOR  
ANNA, MATRONA PIETISS. ET LECTISS. NATA EX FAMILIA  
MUNSTERORUM A. C. MDLXVII D. IX MAJI IN PRAEDIO HOLEN-  
STEIN PLACIDE IN PARTU EXPIRAVIT, CUM VIXISSET A. XLI D.  
XV. QUORUM CONJUGUM OSSA H. M. SEP. S.

*Ut concordēs bene & pie viximus, ita post mortem placide  
& religiose quiescere una voluimus, ut qui bene facere vi-  
uentes semper studiose fuimus. Sic bene vivunt boni conjuges,  
bene etiam moriuntur.*

*Vixi, & quem dederas cursum, tu Christe, peregi  
In te confidens, speque fideque mea.  
Nunc movens animam divino munere tutam  
Non ullis meritis, hanc tibi reddo, pater.*

Pro-



*Protege salvifico me sanguine magne redemptor  
 Inter & electos, da mihi, quaeſo, locum.  
 Ut tua promiſit nobis clementia certo,  
 Quae populum nescit fallere, Chriſte, tuum.  
 Quae poſt me ſupereſt, prolem cum conjuge, ſerva,  
 Ut celebrent laudis numina ſancta tuae.  
 Hos tu, ſumme Deus, propriis defende ſub alis  
 Inter & haec mundi ſaceva pericla tege,  
 Ut mea poſteritas, & qui naſcentur ab illa  
 Semper ſint coetus vivida membra tui.*

† †

*Ich hab gelebt, Herr Jeſu Chriſt,  
 Der du ein Fürſt des lebens biſt,  
 So lang du mir haſt hie gegeben  
 Mein lauff und Zeit in dieſem leben  
 Dieweil ich nun daſſelb verlaſſ  
 Und fahr zu dir die Himmels-Strafs,  
 So nim mich auf in deine Hand  
 Dein wort iſt meiner ſeelen pfand,  
 Zu deiner auſerwehlten ſchaar,  
 Nim Leib und Leben gantz und gar  
 Wie du haſt zugeſaget mir  
 In deinem wort, drauf trau ich dir.  
 Mein treues Weib und meine Kind,  
 Die durch dein gnad noch ubrig ſind,  
 Bewahr mir Herr, du treuer Gott,  
 Für ungluck, ſchmach, für ſchand und ſpott;  
 Mit deinen flugeln deck ſie zu,  
 Damit ſie haben raſt und ruh,  
 In dieſer hochbeſchwehrten Zeit  
 Dein gnad ſey ihn'n allzeit bereit,*

L 3

Auch



Auch denen, so von ihn'n geborn,  
 Damit derselben keins verlorn,  
 Sondern dich preis zu aller Zeit,  
 Von nun an bis in Ewigkeit. Amen.

*Epitaphium Latinis & Germanicis versibus redditum maritus optimus, parens colendissimus, sibi suisque vivens f. verum superst. uxor. & lib. hered. ex test. cum lacr. moestiss. p. c.*

*Iustorum animae in manu Dei sunt, & non tanget eos tormentum mortis Sap. III.*

## III.

*Epitaphium Samuelis Sitzingerii, Spiraë anno 1556 ex hac vita evocati, scriptum a fratre illius D. Ulrico Sitzingero & in templo cathedrali ad D. Johannem monumento adfixum.*

*Iusticiae cultor, verae & pietatis amator,  
 Sitzinger generis lausque decusque sui,  
 Hoc mortale suum posuit sub marmore corpus,  
 Atque animam summo reddidit ille Deo.  
 Ante diem periit, feбри correptus acuta,  
 Interiit corpus, vivit at ipse tamen,  
 Vivit & aeterni coetus consortia coeli,  
 Et salvatoris regna beata colit.  
 Nam moriens Christo se commendavit, in ipso  
 Ingens & pietas spesque fidesque fuit.  
 In te confido dixit, mitissime Christe,  
 Tu venias animae portus & aura meae.  
 Morte tua mortem vicisti, & sanguine sancto,  
 Placasti iratum, Christe benigne, patrem.  
 Accipito hanc animam, meque his exolvito curis,  
 Hac qua perpetuo mole gravatur homo.*

*Dixit*



*Dixit, & in tenues discessit spiritus auras,  
 Ut levis a vento flammula tacta cadit.  
 Orabis Christum, tu qui legis ista viator,  
 Ut tibi det simili, speque fideque mori.*

*Epitaphia liberorum Sitzingeri Cancellarii, Biponti  
 defunctorum.*

I.

*Quem Deus ex utero matris produxerat atque  
 Participem lucis jusserat esse suae,  
 Hunc mox ad caelos revocans abduxit, ut infans  
 Angelici fieret pars quotacunque chori  
 Ergo non periit, sed vivit, & utitur almo  
 Aspectu summi contuituque Dei.*

II.

*Filiolum sequitur carissima filia Clara,  
 Intulit huic gelidam pestis acerba necem.  
 Mors illam abripuit, mortis tamen illa venenum,  
 Nec sensit carnis vulnera magna suae.  
 Felices animae! propria quas voce vocavit  
 Vivax aeterni Christus imago patris.*

III.

*Tu quoque Sebaldi nomen, qui, nate, gerebas,  
 Mutasti vitam cum meliore loco  
 Ac te conspectu Christi coeloque fruentem,  
 Non secus ac reliquos vita beata manet.*



I. Decessit ex hac vita Sebaldus Wernerus, filius Ulrici Sitzinger. d. XXX Julii anno post natum Christum M. D. LIIII. Cum vixisset dies XXVI.

II. Secuta est Clara filia, die XXVIII Februarii anno LVI, cum vixisset annos tres, minus diebus XV.

III. Sebaldus vero II placide obdormivit in Christo die VIII Martii MDLVIII, cum vixisset menses VIII & diem I.

Carissimis & dulcissimis liberis in infantia ex hac mortali vita ad aeternam angelorum consuetudinem evocatis Ulricus Sitzinger J. U. D. Cancellarius inclyti principis D Wolfgangi &c. & Anna Munstererin, uxor Ulr. Sitzinger, parentes, in memoriam immortalitatis poni & fieri curaverunt an. MDLVIII.

\* \*

Hactenus de Sitzingero, politico consummatissimo, cui sub finem anni CIOCLVIII Biponto Neoburgum migranti successit, haud quidem continuo in Cancellarii dignitate, sed tamen in officio Joannes Stiberus, Bingenensis, cancellariæ directoris s. procancellarii Kanzleyverwalters s. Vicekanzlers, titulo contentus, donec tandem post decennium ampliorem Cancellarii splendorem consecutus est. Sed turbare hic videtur circulos nostros testis coævus, qui in ecclesia etiam nostra id temporis curiosior exstitit, Jacobus Andraee, Cancellarius academix Tubingenensis. Is scilicet in epistola ad Joannem Marbachium, præsidem conventus ecclesiastici Argentoratensis d. XXII Maji an. CIOCLXIII scripta (a) hæc narrat: *Scriptis ad me nuper nobilis D. a Kedritz, Bipontini principis Cancellarius, quod tranquilla sit vestra ecclesia, cui respondi sem nisi metuissim, eum cum familia alio migrasse.* Loquitur.

(a) Quæ in epistolis theol. ad Marbachios scriptis atque a Jo. Fechtio an. 1684 editis P. III, n. XXXIX, p. 150 legitur.



tur autem Tubingensis theologus de *Wolfgango a Kœteritz*, cui tum familiaritates, quas cum pugnacissimo quoque theologo contraxerat, tum epistolæ XVI ad Marbachium illum datæ id nominis conciliarunt, ut in *universali eruditorum Lexico*, *Fœcheri* curis edito, locum invenerit (b). Atque eundem virum recentiores quidam scriptores, quibus verba dedit *Jac. Andreae*, ut *Hartknochius* (c), *Struvius* (d), ceteri, Cancellarii apud nos honorem gessisse putarunt. Quare consultum mihi videtur, quædam de viro isto curatius dicere, ut non solum sic in quandam nostratium notitiam veniat, sed omnis quoque error de eo eximatur. Fuit autem *Wolfgangus* iste ex familia equestri Misnensi *Kœteritiorum*, natus patre *Sebastiano & Catharina Spiegelia a Pich* (e). Quum is animum ad scientias, maxime juris, appulisset, tantum in ea progressus est, ut an. CICIXXXXVIII in nova academia Regiomontana, reluctantibus licet ceteris professoribus, quod is gradum Doctoris non tenebat, munus professorium a Borussorum duce Alberto sibi oblatum adire posset. Verum quinquennio post, quum inter eos esset, qui duci, *Osiandristarum* patrono, gravius adversabantur, abdicatus

M

inde

- 
- (b) T. II, edit. noviss. 1750, p. 2142, ubi *Arnoldi hist. acad. Regiomontanae*, in fine laudatur.
- (c) *Preussische Kirchen = Historien* 1c. 1686 lib. II, cap. III, § IV, p. 362.
- (d) *Bericht von der Pfälzischen Kirchen = Historie* 1c. cap. V, § XIV, p. 93, & cap. V, § XXXIV, p. 151 not.
- (e) Quod didici ex sermone funebri memoriæ Julianæ Mariæ de & in Steinkallenfels, quæ nata erat Kœteritia, & abneptis Sebastiani illius, proneptis Wolfgangi nostri. Sebastianum a Kœteritz aliquoties visitationibus ecclesiarum Saxonicarum ex ordine politicorum interfuisse tradit *Seckendorffius in hist. Luth.* Eundem vero capitaneum in Düben egisse docet *P. Hassitius* apud *Schoettgenium & Kreyssigium Dipl. Nachlese der Historie von Obersachsen III Th.* p. 529 not. (b).



inde discessit. Advenit ille dein nescio quo tempore in aulam Neoburgicam, atque in grege consiliariorum esse cœpit (f); tum inde submissus apud nos negotiis ad religionem pertinentibus maxime adhibitus est inde ab anni CIOIOLXIII initio per biennium usque. Atque ille nihil hic præclare gessisse videtur, nisi quod *Joanni Marbachio*, rationem ecclesiæ Bipontinæ immutaturus, heri sui jussu auxilium præbebat; quo consilio una cum ipso huc advenerat *Georgius Codonius*, qui in aula foret a concionibus. Suspicio autem, *Koeteritium a WOLFGANGO* duce rogatu *Jo. Marbachii*, qui ab an. CIOIOLXI veterem ecclesiæ Argentoratensis confessionem abrogare moliens graviores iras adversus *Hieronymum Zanchium* exercebat, Neoburgo argentinam ablegatum has in oras venisse, quemadmodum eodem profecti erant Biponto *Henr. Suebelius* consiliarius & *M. Cunmannus Flinsbach*, antistes Bipontinus, ut una cum Wirtenbergensibus & Basiliensibus ablegatis ad concordiam restituendam eniterentur (g). Ex eo certe tempore *Koeteritius*, *Marbachii* amicissimus, apud nos egit & de rebus ad ecclesiam nostram pertinentibus cum illo contulit (h). Quis vero ejus in religionis doctrina fuerit  
sen-

- 
- (f) Narravimus hæc præeuntibus *Hartknochio* & *Joechero* l. c. *Wolfgangum Koeteritium* vero jam an. 1562 *Wolfgangi* ducis fuisse a consiliis docent literæ *Victorini Strigelii* ad ipsum datæ d. 26 April. 1562, quas *M. Adami* in *vita Strigelii*, l. c. p. 200 sq. exhibet.
- (g) cf. *M. P. Beutheri*, antistitis olim Bipontini librum heri sui, *Joannis* ducis, jussu editum: *Warhaftiger gründlicher Bericht von der zu Strassburg a. 1598 in Truf ausgegangenen veränderten Kirchenordnung* ic. 1603, p. 241 sq. & *Jac. Heilbrunneri* scriptum. *Verantwortung H. Wolfgangs* ic. *Glaubens Bekauntniß* ic. 1604, p. 209.
- (h) Vide inter *epist. theol. Marbachianas* P. III, n. XLII, p. 153, n. LIII-LV, p. 166-169 quæ quatuor epistolæ omnes Biponti scriptæ sunt an. 1563 & sequenti.



fensus, aut quali ingenio fuerit præditus, ipse clarissime literis suis ad *Marbachium* datis prodidit (i). Tanto autem odio persecutus est dissentientes in doctrina de S. cœna, ut etiam illos ex Lutheranis theologis, qui dissentientes tantum erroris tolerabilis arguebant humaniusque tractandos censebant, maxime *Paulum Eberum*, theologum pium, impotenti notaret animo (k). Placebant ipsi igitur inprimis *Jac. Andree*, *Til. Heshusius*, *Flacius Illyricus*, *Jo. Marbachius*, ut ceteros antifacramentarios taceam (l). Neque tamen diu nobiscum commoratus est, præsertim ex quo *Marbachium* ecclesiarum Bipontinarum antistitem supremum ab hero suo constitutum tandem viderat. Reversus jam anno CIOCLXV ineunte Neoburgum, quod literæ ejus testantur (m), cum

M 2

con-

- 
- (i) Sic n. XLII scribit; *Dann der Teuffel ist gar mächtig in den Sacramentirern*. N. LV eosdem vocat *Wölffe* & n. LXXIII, p. 191 P. S. scribit de *Illyrico*: *dem wird vnser Herr Gott auch sein hospitium verordnen, vnd solt es allen Sacramentsteuffeln leid seyn*. Politicum certe decuit, convitia ejusmodi relinquere theologis animi impotentibus, quos unos moribus seculi excusandos puto.
- (k) cf. l. c. epist. LIII, LIV, in quibus queritur de *Eberi* lenitate, atque in ecclesiis Bipontinis auctoritate; cf. & n. LV, in qua Calvinianostanquam hæreticos anathemate notari vult. Sic quoque *Jo. Seb. Pfauserum*, theologum præstantissimum, concionatorem olim cæsaris Maximiliani II aulicum, dein antistitem eccl. Lauingannarum odio habebat, cf. n. CXLII p. 268. Pari modo satis diu *Flacii* partes adversus *Strigelium* tuitus est.
- (l) Hinc ab illis egregie laudabatur. Ita *Marbachio* ad *Jo. Streitbergerum* vid. n. XLIX, p. 158 sq. dicitur *nobilitate generis, pietate, sapientia, eruditione atque virtute clarissimus vir, D. Wolfgangus a Küteriz*. Eundem in modum describit illam *Streitbergerus* in responsoria p. 162.
- (m) Vide n. LXV & LXVI, quæ Neoburgi datæ sunt d. 9 & 11 Febr. 1565.



consiliarii honore officium advocati provincialis Hochstadiensis administrare cœpit. Tum efecit, ut *Heshufius* exul a Wolfgango duce reciperetur, qui ipsius esset a concionibus aulicis (n). Mortuo tandem Wolfgango duce auctoritas *Koeteritii* imminuta est (o), adeo ut an. CIOIOLXXII nescio qua de causa grave subiret periculum (p), sed eo liberatus *Heshufium*, qui interea Jenæ professionem theologiæ consecutus erat, adeo sui memorem expertus est, ut illius potissimum commendatione & opera provinciæ Cancellarii Vinariensis potiretur (q). Post mortem Vinariensis ducis *Koeteritius* etiam in aulam Onoldinam migravit, ibique supremi Cancellarii honorem gessit. Obiit vero Magdeburgi d. 1 Maji a. CIOIOLXXV ibidemque sermone funebri honestatus est. Habuit is filium, qui denuo sedem fortunarum suarum ex Misnia in oram Rhenanam, ducta conjuge ex gente nobili Sponhemiorum, dicta *Bacharach*, transtulit familiamque propagavit, quæ superiori seculo extincta est.

X.

- 
- (n) cf. *Heshufii* literas l. c. n. LXXIV, p. 193 & LXXVII p. 197. Officium autem sibi a duce d. 5 Maji 1565 oblatum statim accepit, quamvis in schola illustri Lauingana docere maluisset. cf. & *Koeteritii* epist. n. LXXIX p. 198 sq. cet.
- (o) Nullas ab eo literas videmus datas inde ab an. 1568, quo Wolfgangus dux absens esse cœpit.
- (p) *Heerbrandus* ad *Marbachium* d. 30 Mart. 1572 scribit: *Kedricius a suo principe in vincula conjectus dicitur.*
- (q) *Hartknoch* l. c. Als er aber von dem Pfaltzgrafen mit Disgust weggekomen, ist er bei dem Herzog von Sachsen Wilhelmo Langlar und Rath worden, dazu ihm *Heshufius* verholffen, wie es *Heshufius* selbst schreibt (*in oratione funebri super obitu dicti principis Jenæ habita & postea Regiomonti typis an. 1573 exscripta.*) Diem vero obierat Jo. Wilhelmus, dux Saxonum Vinariensis, d. 2. Mart. 1573. *Koeteritii* literas Vinariæ d. 6 Jun. 1572 datas, quibus nomini suo Cancellarii titulum ipse adscribit, vide *in epist. theol. Marbach. P. IV, n. CV, p. 426 sq.*



## IX.

JOANNES STIBERUS, qui cum novem annos officium procancellarii five directoris cancellariæ gessisset, ad Cancellarii honorem adscendit, testimonio viri egregii *Pantaleonis Candidi*, antistitis quondam Bipontini, nobis laudandus. Hic enim in fine orationis funebris ipsi habitæ (a) his verbis Cancellarii vitam describit: „ Is autem, postquam „ in patria Binga & alibi a pueris ad timorem Dei, pietatem, & omnem honestatem vitæ & morum diligenter institutus & educatus est, in literis & studio juris plurimum profecit. Et quia ab ingenio, industria & sapientia plurimum commendabatur, ab illustrissimo principe WOLFGANGO inter intimos quosque receptus est. Cui cum pietatem & solertiam suam in scribendo, agendo & consulendo aliquamdiu probavisset, ad Cancellarii non solum vices, sed & officium & dignitatem est evectus. Idque munus sedulo, circumspecte & cum singulari authoritate gessit, & consilia sua ad ecclesiæ ædificationem & ad totius ducatus utilitatem direxit. Idem etiam inter præcipuos fuit, qui minoribus annis principis JOHANNIS Bipontini ad gubernacula federunt, quorum opera Dei auxilio felix hujus ducatus gubernatio fuit & salutaris. Vir fuit non proceræ staturæ, sed tamen forma egregia & gravi præditus, erga alios promptus & officiosus. Optimo amico & intimo usus est *D. Ulrico Sitzingero*, ante ipsum Cancellario Bipontino, viro, dum viveret, celebri & præclaro de ecclesiis & scholis & duobus ducatibus Neoburgensi & Bipontino optime merito. Cum hoc, quod probe memini, familiarissime conversatus est, hujus sermonibus mirifice delectatus, hujus consiliis valde adjutus & insti-

M 3

„ tutus

---

(a) Quæ inter ejus orationes funebres ex *Mose concinnatas* ac Biponti typis Casp. Wittelii an. 1716 excusæ est XVI, p. 325-349.



„ tutus est. Illius suafu & opera , & hujus assensu atque  
 „ auxilio ordinatio ecclesiastica hujus & Neoburgensis ducatus  
 „ concepta & in ordinem digesta est. Illius & hujus in-  
 „ stinctu schola Hornbachiana instituta & introducta est ,  
 „ quæ tot jam annos multos doctos viros ecclesiis & scho-  
 „ lis ministros & politiis consiliarios suppeditavit. Horum  
 „ ego virorum *Sitzingeri* & *Stiberi* tanto honorificentius &  
 „ majori cum devotione commemini , quod ambo fideles  
 „ mei & benefici promotores a pueris mihi in his terris &  
 „ amici extiterunt. Et quanquam hoc tempore controversiæ  
 „ quædam ortæ sunt , de quibusdam formis loquendi , quæ  
 „ etiam has ecclesias aliquo modo perturbarunt: tamen Can-  
 „ cellarius hic *Stiberus* pro sua prudentia eam sententiam se  
 „ amplecti professus est , quæ in libris ab ordinatione eccle-  
 „ siastica nostra nominatis comprehensa est , in quibus locos  
 „ communes *Philippi Melanchtonis* p. m. magni semper fecit  
 „ & plurimum commendavit. Hic igitur præclarus vir,  
 „ *Joannes Stiberus* , postquam vitæ cursum Dei gratia usque  
 „ ad annum ætatis produxisset , post paucarum septimana-  
 „ rum morbum placidissime decessit. „ Hactenus *Pantaleon*  
 noster. (b) Quod ad cetera ab ipso gesta attinet , videtur  
 is *Henricum Schwebelium* in conscribendo celebratissimo illo  
 testamento Wolfgangi ducis d. XVII Aug. CIOCLXVIII Mei-  
 senhemii condito vel maxime adjuvisse ; quemadmodum dein  
 quoque cum *Schwebelio* adfuit actibus pactisque omnibus ,  
 quæ illam familiæ Augustæ legem proxime consecuta sunt.  
 Idem effecit , ut , quæ sub Ruperto duce Wolfgangi quondam  
 tutore prima prodierat ordinatio judiciaria curis secundis  
 emen-

(b) Qui etiam , cum carmine in laudem Joannis I, ducis L. IV p. 65.  
 sq. laudes virorum sub duce isto præstantissimo clarorum int. Sti-  
 beri mentionem hoc disticho fecit honorificam :

„ In precioque duci magno fuit ipse Stiberus.

„ Corpore non magnus , sed honore & pectore magnus.



emendata & aucta Lauingæ ad Danubium recuderetur (c).  
Triennio ante ibidem quoque excusa fuerat ordinatio rei metallicæ in ducatu Bipontino. (d) Tandem adiicimus elogium sepulchrale, quod in Cancellarii nostri memoriam erectum fuit in templo primario Bipontino.

## D. O. M. S.

ANNO SALUTIS HUMANAE M. DLXXXV  
XIX KAL. JAN. PIE OBIIT CL.  
VIR DOM. JOANNES STIBER, ILLUSTRIS-  
SIMI PRINC. BIPON. CANCELLARI-  
US AETATIS SUAE ANNIS LX MENSIB.  
IX DIEBUS IIII. EXACTIS.

JANUS SUB HOC STIBERUS ABDITUR SOLO  
SUIQUE VOX MANUSQUE FIDA PRINCIPIS  
QUEM VITA MORTI PRIMA DESTINAVERAT  
A MORTE VITAE VENDICANS MORI ADSERIT  
LUGENT AMICI, CONDOLENT RESPUBLICA  
LUGET FIDES INTEGRITAS CONSTANTIA  
AMOR JUGALIS CARITAS MEMOR SIMUL  
JUBETQUE CONJUGEM JUBETQUE LIBEROS  
SAXUM HOC UBI PONUNT BEATITUDINEM  
MARITO PATRI GRATULANTUR COELICA

DISSOLVI CUPIO TECUM QUO VIVERE POSSIM  
CHRISTE RESURGENTI LIMINA PANDE POLI,

*Inter*

- 
- (c) Untergerichtsordnung vnser Wolffgangs von Gotts gnaden Pfalzgrauens 2c. wie die hinfüro an allen Undergerichten inn vnserm Zweybrückischen Fürstenthumb obseruirt gehalten werden soll 1568.
- (d) Verfordnung, wie es vff vnser Herzog Wolffgangs 2c. Silber, Kupfer, Bley und Quecksilber Werkwerken, in vnserm Fürstenthumb Zweybrücken gehalten werden solle. In truck gegeben vnd verfertigt MDLXV. Getruckt zu Lauingen durch Emanuel Salzer,



Inter filios tres, quos novi, *Ludovicum*, *Ulricum* & *Henricum*, secundus assessoris cameræ imperialis Spirensis magna cum laude obtinuit dignitatem; tertius vero consiliiarii Neoburgici honore conspicuus fuit.

† †

Quum hæc scripsissem, reliquum esse vidi, ut de Cancellarii nostri collegis quædam adderem. Curie magisterium tenuere tum *Christophorus Landschad a Steinach*, junior (a), cui discedenti successit filius *Johannes*, antea Vicegerens (b), tum qui huic etiam successor datus est *Wolfgangus Wambold ab Umstatt*, junior (c), qui officium illud administravit inde ab an. CIOCLXXVIII ad finem usque LXXXIII. Anni autem infrequentis initio jam dignitate hac prima ornatus videtur *Luterus Quad a Landskron*. Sed neque hic eandem ultra quadriennium tenuit. Inter consiliarios tandem eosque lectos post Stiberum clari extitere *Henricus Schwebelius*, cujus vitam statim

- 
- (a) Quem scilicet eundem fuisse duxeramus cum *Christophoro Landschadio*, curie magistro 1538-1547, illum jam ab hoc distinguendum esse nobis videmus. Qui superiori ista ætate magisterium tenuit, natus fuit *Bleickardo Landschadio a Steinach* in Gundelsheim, qui vero post *Wernherum a Zeisskeim* certe inde ab an. 1555 eundem locum in curia & aula occupavit, illius est patruelis ac filius *Johannis Landschadii*, supremi aulæ archipalatinae magistri. Atque hic quidem *Christophorus* jam circa an. 1525 a nobis discessisse, neque nisi consiliiarii sanctioris honorem retinuisse videtur. Obiit deinde in summa senectute d. 20 Sept. 1585.
- (b) *Johannes* Christophori filius primum proprincipis usque ad an. 1575 dein inde per tres annos magistri honorem administravit.
- (c) Patrem enim habuit cognominem, qui inter alia munera etiam *Meisenhemensem* præfecturam aliquamdiu tenuit. Mirum quantum notitiæ *Humbrachtianae* in genealogia familiae hujus nobilis æque & aliarum a nostris documentis discrepent. Sed hoc alio tempore disputabimus.



statim illustrabimus, & Gallus *Tuschelin*, vir excellentissimus, cujus memoria vel maxime meretur, quæ diligentius renovetur (d).

## X.

*Stibero* Cancellario datus est successor HENRICUS SUEBELIUS s. SCHWEBEL, illius jam a septendecim annis collega consiliorum & laborum fidissimus. Hujus autem viri tantæ fuere laudes, ut is, inter omnes, qui Cancellarii dignitatem quondam obtinere summam, fere unus eum *Sitzingero* comparari possit optimarum artium studiis rerumque civilium prudentia, imo eum uti vitæ curriculo, ita negotiorum & laborum multitudine superaverit. Itaque non solum sua ætate a laudatissimo quoque laudatus præconem invenit virtutis *Pantaleonem Candidum*, Polyhistorum olim Bipontinum & ecclesiarum antistitem, sed etiam hoc seculo meruit elogium, quod ipsi vir literatissimus *Georgius Christianus Joannis*, avus mihi nunquam non pie nominandus, conscripsit. (b) Liceat mihi igitur, tum hoc transcribere correctius auctiusque, atque notulis & avi & meis (c) illustrare,

N

tum

- 
- (d) Vide interea de viro isto *Freheri theatrum virorum eruditorum & Joecheri allgemeines gelehrten Lexicon*.
- (a) In carmine amplissimo, quod scripsit *in laudem Johannis I comitis palatini Rheni ducis Bavariae, & Biponti &c. anno MDCIV die XII Augusti pie defuncti &c. Biponti excud. Caspar Wittelius anno MDCV, L. IV, p. 66-68*.
- (b) In schediasmate *de eruditis qui apud Bipontinos cum maxime per quinquaginta vel plures etiam annos officii praesue publicis memoriae Jo. Abr. Rauschii dioec. Lichtenberg. Antistitis & ecclesiae Baumholderensis reform. per LIIII annos Pastoris &c. sacro Biponti 1714 edito, n. II, p. 10-15*. Ad manus nobis est exemplar, ab ipso auctore curis secundis emendatum, quod sequimur.
- (c) Quarum illas stellulis, nostras literis notatas distinguemus,



tum illius attexere præconium, uti sic memoria tanti viri testimonio virorum fide omni dignissimorum confècrata jure ab omnibus intelligatur. Ita vero *Joannis*: „ Is namque to-  
 „ tos LI annos trium serenissimorum serenissimæ familiæ Bi-  
 „ pontinæ principum ducumque, WOLFGANGI, JOANNIS I,  
 „ ET JOANNIS II, a consiliis fuit præcipuis juxta sanctiori-  
 „ busque: collatus propterea a *Michaelæ Philippo Beuthero* (\*)  
 „ cum Bremensium quondam archiepiscopo *Adaldago*, quem  
 „ trium pariter Othonum, patris, filii & nepotis per L. annos  
 „ fa-

(\*) *In homilia funebri memoriae ejus dicta p. 96. Quem tamen, dum Cancellarium eorum fuisse tradit Adaldagum, falli non est, quod dubitem. Bene Mallinckrot commentatione de Archicancellariis S. R. I. ac Cancellariis imperialis aulae p. 299 Colledorum archivi & cancellariae jurium ab amplissimo Wenckero editorum: Putarim potius, esse Adaldagum non Cancellarium, sed qui altior & sublimior gradus est, rerum summae praepositum fuisse, quem consilii sanctioris directorem sive praesidem vocamus. Eo enim nos vocant formalia Adami & Stadenfis verba, a Cranzio & Beyerlingo nimis late & ampliter exposita: praesertim cum diplomata taceant, nec hactenus, quod quidem ego repererim, Adaldagus aliquis in illis compareat, Adamus certe Bremensis, ad quem & Albertum Stadensem se refert lib. II Historiae ecclesiasticae cap. XIV p. m. 20. His tribus aequè fortissimis ac justissimis imperatoribus tam charus & familiaris erat praesul Adaldagus, pro virtutum merito & doctrinae magisterio, ut a latere eorum non vix aut raro divelleretur, sicut praecepta imperatorum ad nutum archiepiscopi disposita ostendunt. Albertus vero Stadenfis ad an. DCCCCLXI p. m. 217: His diebus annisque totidem Adaldagus archiepiscopus, apud quem summa consiliorum pendebat, in regno Italiae conversatus est, non sponte, inquam, sed quod a regum latere divelli non poterat, unde magnum ecclesiae suae lucrum paravit. Dein est ita, ut Mallinckrot dicit, ac argumenti haud levis loco urget, inter tot scilicet Ottonum diplomata privilegiaque, ne unicum quidem reperiri, sibi saltim ad id usque temporis non occurrisse, quod Adaldagus, tanquam Cancellarius eorum, recognoverit, ac manu sua subsignarit.*



„ familiarem, consiliorumque ministrum fuisse, historiæ no-  
 „ bis narrant. Fuit alioquin *Henricus* hicce *Suebelius* hone-  
 „ stissimo apud nos loco natus. Quippe pater ei fuit *Joannes*  
 „ *Suebelius*, Phorcensis, primus, ut *Buceri* verbis utar *Ca-*  
 „ *pitonisque* (\*), apud Bipontinos evangelista (d). Quem  
 „ tametsi puer adhuc amisit, aliorum tamen ope beneficio-  
 „ que bonis admotus disciplinis artibusque, & sapientiæ præ-  
 „ ceptis & scientia quam felicissime animum composuit. Et  
 „ Argentorati quidem hospite usus est magistroque *Martino*  
 „ *Bucero*, parentis olim amico, tantumque sub eo in lecti-  
 „ one divinarum profecit litterarum, ut *Christophoro* postea  
 „ *Hilspachio*, illustri scholæ Hornbacensis, ut modo dictum,  
 „ rectori, *sacra* audiret *anchora*, *sacraeque scripturae reper-*  
 „ *torium*. Inde in aliis tum Germaniæ, tum Galliæ aca-  
 „ demiis legum studio tanta se dedit diligentia, ut anno  
 „ MDLVII licentiam consequeretur, summos in utroque  
 „ jure petendi honores. Domum reversus, anno statim se-  
 „ quenti, qui LVIII fuit, consiliariorum numero adscriptus  
 „ est (e) ab Heroe prudentissimo fortissimoque WOLFGANGO  
 „ duce Bipontino: quem locum cum circumspecte, magna-  
 N 2 „ que

(\*) Illius quidem in epistolis ad Suebelium, quæ Suebelianas inter XLVIII est, p. 155 $\pi$ , tum vero, quæ num. LIX præfert. p. 157 & num. LXXVIII p. 270; hujus in epistol. ad Suebelium, quæ LII est p. 270.

(d) Natus vero ipsi fuit d. 25 Aug. 1531 ex conjugē tertia *Catharina Burggravia*, cf. *Joannis in spicil. I. tabb. literarumque veterum &c.* Epist. ined. IX, p. 559 & 567.

(e) d. 14 Sept. 1558, quo eodem anno jam ante ipsum *Wenceslaus Zuleger*, juris licentiatus, & *Waltherus Drechselius* J. U. D. *Henricus de sancto Ingherto* d. 24 Aug. *Nicolaus de Harracort* d. 25 Nov. & *Maximilianus de Kraith* d. 30 Nov. in collegium consiliariorum recepti sunt. Quemadmodum ex illis *Suebelius* noster Cancellarii Bipontini, ita *Walth. Drechselius* Cancellarii Neoburgici honorem consecutus est. *Wenc. Zulegerus* vero dignita-



„ que industria ac fidelitate exornaret, gravissimis passim ad-  
 „ hibitus est negotiis. Præter enim quod in Galliam modo  
 „ delegatus fuit, modo in Belgium, modo ad alios regni  
 „ Germanici principes ac ordines, anno MDLXIII Argentorati  
 „ componendo religionis negotio una cum aliis ( f ) ad-  
 „ motus est ( \* ) Anno itidem LXVI Augustæ Vindelicorum in  
 „ conventu ordinum imperii hero adfuit. Post, eo in Galliis  
 „ immatura morte defuncto ( g ), illos interesse meruit, qui-  
 „ bus, JOANNE I plenos pubertatis annos nondum ingressio,  
 „ regendi ducatus Bipontini cura commissa erat ( h ). Quin  
 „ an. LXX ad conventum Spirenses, an. XXVI ad Ratisbonen-  
 „ sem,

tem præsidis in senatu ecclesiastico Heidelbergensi sub Frid. III electore magna cum laude tenuit, de quo cf. *M. Adami in vitis Illorum & polit. Germ.* p. 148-150.

- ( f ) *Wolfgango* nimirum a *Koeteritz* consiliario Neoburgico & *M. Cunnanno Flinsbach* theologo Bipontino vere erudito & pio, de quo vide *M. Adami vitas theol. Germ.* p. 219. cf. quæ supra in vita *Koeteritii* diximus.
- ( \* ) Vid. *Michael Philippus Beutherus* ( is namque auctor libri a *Pluccio* aliisque in *αὐτοβιοῖς* prætermissi ) *im wahrhaftigen, gründlichen bericht von der zu Straßburg anno MDXCVIII in druck ausgegangenen veränderten Kirchen-Ordnung*, id est, in vera solidaque narratione de mutata, quæ anno MDXCVIII prodit, ordinatione Argentoratensi ecclesiastica, cap. II von der Borrede, artic. 8. p. 242; *Heilbrunner in Defensione principis Wolfgangi, von Herzog Wolfgangs confession* p. 209.
- ( g ) *Suebelius* antea etiam, dum consiliarii partes agebat, cum *Stibero* Cancellario, non solum *Wolfgango* duci gloriosissimo in condendo testamento illo celeberrimo, quod *Meisenhemii* d. 16 Aug. 1568 confectum est, adfuit, sed stilum quoque adhibuisse fertur. Sic quoque anno sequenti post *Wolfgangi* ducis obitum interfuit pactioni de exequendo testamento d. 23 Nov. 1569 initæ.
- ( h ) Collegas regentes habuit *Christophorum Landschad a Steinach*, magistrum aulæ, *Philippum a Gemmingen*, præfectum Novicæstallanum & *Jo. Stiberum* Cancellarium, quod ex modo laudato recessu executionis discere licet. Anno autem 1575 ipse *Joannes I* dux imperium suscepit.



„ fem, & anno LXXXII ad Augustanam missus, nusquam non  
 „ industriæ, fidei, prudentiæ singularia reliquit monumenta.  
 „ Anno LXXXV Cancellarii nomen munusque suo merito  
 „ adeptus est, successor datus viro, dum viveret, celebri admo-  
 „ dum amplissimoque, *Joanni Stibero*, quod quidem ad vitæ  
 „ finem usque quam præclarissime administravit. Ceterum re-  
 „ ligionis in negotio pronior eorum in partes, qui sacris secun-  
 „ dum Helveticam utuntur confessionem, *Joanni I*, placitis  
 „ eorum in templa scholasque introducendis occupato (i),  
 N 3 „ præ-

- (i) Ante annum 1560 ecclesia Bipontina, quod jam aliquoties monendum duximus, pacifica & certe media erat; neque alia esse maximam partem poterat, quæ ad veram piamque mentem *Joannis Schwebelii* reformata, atque *Melanchtonis* discipulorum & amicorum curis maxime florebat. Scilicet contigit ecclesiæ renatæ Bipontinæ, ut non haberet antistites primarios, nisi eos, qui *Melanchtonis* sententias & moderationem seu lenitatem sequerentur. Tales fuere *Glaferus* *Schwebelii* & *Melanchtonis* familiaris, *M. Cunmannus Flinspach*, cum collega suo pastore Bipontino, *Mich. Hilspachio*, tandem *Pantaleon Candidus*; neque nostrates sibi adversariam habebant ordinationem ecclesiasticam an. 1557 publicatam, quippe quæ in doctrina de S. cœna mentem *Lutheri* ad verba institutionis solummodo se referentem exprimebat, nil curiosè definiebat, denique *Zwinglianorum* sententiam tantum damnabat five improbabat. Neque etiam *Jo. Marbachius*, qui ab an. 1558 in negotiis religionis a consiliis adhibebatur, vel tam intemperans, vel tam audax erat, ut pacem ecclesiæ nostræ turbare vellet. Verum idem post alias subinde induit formas. Quum enim ab obitu *Jo. Melanchthonis* controversiæ sacramentariæ vehementius agitari atque nova dogmata de ubiuitate & majestate humanæ Christi naturæ *Brentii* & *Andreae* auctoritate ad confirmandam & exaggerandam *b. Lutheri* de S. cœna sententiam subintroducî cœpissent, facile *Marbachius*, quem quidem virum pragmaticum, sed mediocriter doctum fuisse novimus, se in Suevorum theologorum partes pertrahi passus, quis suus jam esset de S. cœna sensus, libello de verbis institutionis adversus sacramentarios sub initium an. 1565, apertius prodidit. Quare cum *Andreae* quoque, quem *Wolfgangus* dux ordinandis ecclesiis *Neoburgicis* an. 1560 &



„ præter alios studiose navavit(n) operam, quin fovendis illis  
 „ promovendisque nil quicquam in se desiderari passus est.  
 „ Ipse

sequenti adhibuerat, tantum apud ipsum effecisset, ut Calvinianorum dogma proscripsum esse vellet, varii generis insidiæ ministris verbi divini Bipontinis, qui maximam partem in *P. Eberi* confessione acquiescere malebant, strui lites intendi, maleque sopiri coeperunt. Prævaluit tamen pars, quæ *Lutheri* sententiam ad *Melanchthonis* & *Eberi* mentem interpretabatur, donec JOANNES I dux sub auspiciis imperii sui *Jacobi Andreae* discipulum, *Jacobum Heilbrunner*, quem a concionibus aulicis haberet, una cum aliis Suevorum sapientia imbutis evocavit atque in ecclesiam Bipontinam admisit. Minus volupe est, omnes altercationes enarrare, a quibus nunquam feriabantur homines mysterium pietatis mysteriis scholasticis commutantes; qualia maxime referebantur ad quæstionem primariam: *An Christus homo in unione hypostatica cum Divina natura h. e. prouti cum filio Dei unitus est, sit altera Deitatis persona, atque adeo secundum humanam naturam, omnipotens, omniscius & ubique præsens cum Deo filio sit habendus?* quam *Heilbrunnerus* præco aulicus adfirmabat, *Candidus* antistes negabat. cf. *Heilbrunneri Apol. confess. Wolfgangi ducis* &c. p. 40 Tales erant sequelæ libri Torgensis sive potius formulæ concordiæ Bergensis, quam *Heilbrunnerus* recipi cupiebat, princeps vero tum sua & consiliariorum prudentia ductus, tum *Wilhelmi Hassiæ Landgravii* monitis cautus improbat, confessionis Augustanæ & ordinationis suæ ecclesiasticæ verbis continere omnes se jubens, cetera silentium imperans. Quibus mandatis cum parere nollet ecclesiastes aulicus, an. 1580 mense Febr. dimissus, mense tamen Aprili, *Christophori Landshadii*, curiæ olim magistri, nunc consilarii, qui ea de causa Heidelbergæ huc venerat, opera restitutus. Sed cum nihilominus pacis impatiens esset, d. 22 Jul. iterum amandatus est; post cujus discessum in dies progressa est altera ecclesiæ Bipontinæ reformatio, eaque tandem an. 1588 consummata, cum mense Aprili nova quædam catechismi explicatio, quam ipse Joannes I incomparabilis doctrinæ & pietatis princeps reviderat, præfatione sex horarum spatio proprio stilo exarata, quæ instar legis esset, munierat, atque tum germanice, tum latine edendam curaverat, in ecclesia Bipontina publicaretur. Qua



„ Ipse præter catechesin Heidelbergensem, quam ad unguem  
 „ tenuit, *Joannis Calvini* institutionem Christianæ religionis  
 „ tam

industria ipse princeps, comite semper *Suebelio*, hac in re versatus sit, ipsius *Pantaleonis Candidi*, episcopi tum Bipontini, verbis ex oratione *MS&ta* de conventibus ecclesiasticis d. 13 Apr. 1592 coram fynodo Biponti habita defuntis efferre placet: *Fuit ipsius celsitudini jam tribus de viginti annis, ex quo ad gubernacula reipublicae & ecclesiae hujus ducatus sedere coepit; prima atque adeo vel unica cura, ut obortis per ascititios quosdam theologos quibusdam dissensionibus, controversiae examinarentur, elucidarentur, expenderentur, & veritate indagata, falsitate deprehensa atque exclusa, componeretur. In hac re obtinenda nulli tempori, nullis pepercit sumptibus. Incredibile autem est, quantas in his certaminibus & collutationibus princeps ipse sustinuerit labores, vigiliarum, scriptio- num, lectionum, quantum devoraverit molestiarum, quantum diligentiae, quantum Dei inspiratione solertiae adhibuerit, dum nos contendentes audiret, sententias mitigaret, conditiones tolerabiles praescriberet, discrepantes nos couniret. Cum mire perplexum & erroribus refertum illud volumen concordiae Saxonicae tanquam pomum eridos nostris ecclesiis obiiceretur; non solum saepius legit privatim princeps ipse, sed etiam nobis ministris coram aliquoties praelegit, & multa exterorum & suorum judicia de eo audivit, acquisivit. Atque horum certaminum ούραζεε subinde factus circumspectior atque eruditior, locutiones de filio Dei cognoscere atque discernere facile potuit & ex eo fundamento ubi- quitatis commentum mature improbare; & autores ejus ex suis ecclesiis eliminare coepit. Habita sunt in praesentia illustrissimè principis multa & crebra & prolixa & acria & aliquot saepe septimanas durantia inter nos per XVII jam annos colloquia, syr- raxes & factae scriptio- num commutationes: Et deprehensa, Dei gratia, ubi- quitatis vanitate, mysteriorum etiam doctrinam recte intelligere, ejusdem Dei auxilio coepit. Et sicut erroneas phrasas mature explosit, & ex ecclesiis & scholis eliminari praecepit: sic demum & de S.coena veram sententiam publicavit. Et tunc igitur in singulis praefecturis pios & salutare- s conventus habuit, quibus coram interfuit, & singulorum confessiones audivit, cum quibus- vis placide & pie contulit, egit, transegit, vim conscientiae nul-*



„ tam diligenter curateque legit , animoque mandavit suo,  
 „ ut imbibille videretur. Insigniores certe sententias immo  
 „ integra libri capita , memoriter & ad verbum recitare po-  
 „ tuit,

---

*lius intulit, cuiuslibet, quod sentiret, integrum permisit, atque ita  
 Divina clementia ecclesias pie & orthodoxe reformavit.* Quatenus  
 autem disciplina evangelii sic introducta & stabilita conveniat  
 cum doctrina a *Jo. Suebello*, primo apud nos evangelista tradita,  
 cognoscant ipsi lectores ex scripto quodam 1525 typis edito, quo  
 utimur autographo: *Hauptstück und summa des ganzen Evangeliums* &c.  
 Ita vero ille fol. 2 --- Da sollen wir Gott vmb seinen heylgen Geist  
 bitten, der vns erleuchtet vnd sterket, inn dem rechten Christ-  
 lichen Glauben, Blut vnd Fleisch würt nit thun, vnd sollen vns  
 halten, an die zeychen, vns zur sicherung vnd gedechtnis ver-  
 lassen, als eins der tauff, da wir in den todt Christi getaufft wer-  
 den, vnd nemen je an, als der vns von Gott zu eiggen geben ist,  
 durch den wir selig werden, vnd auch zum exempel, das wir  
 jm das creutz hellfen tragen, das ander sein leib vnd blut, zu  
 gedechtnis seins leydens, vnder brot vnd wein verlassen das wir  
 den glauben sterketen, vnd nit zweyffelten, sein Leib sey für  
 vns geben, sein Blut für vns vergossen, dann handelt der gläu-  
 big mit liebe gegen dem nechsten, wie Gott mit ihm bedarff kei-  
 nes trangs, thut alles frey vnd willig, Gott zu lob, vnd dem  
 nechsten zu güt.

Iterum ille fol. 12, § vom Tauff. Vnnd des hat vns Christus durch ge-  
 wisse zeychen vnd Sacrament versichert, wie auch Gott offtermals  
 zu seinen verheffungen eusserlich Zeychen gethan hat, den  
 glauben damit zu bestetigen &c. Tandem fol. 14, § vom Sacra-  
 ment des heylgen leychnams vnd bluts Christi vnser Herr. Das an-  
 der zeychen, ist das heylig Sacrament seines heylgen Leibs vnd  
 Bluts, vns im nachmal vnder Brot vnd Wein verlassen, das er mit  
 so hochtröstlichen Worten eingesetzt hat, sprechen, --- Wie solt  
 nit vnser glaub gesterkt, vnd wir getröst werden, so wir hören,  
 das Christus sich für vns geben hab, sein Blut für vns vergossen  
 zu vergebung vnser Sünd, vnd empfaen daruff das Sacrament &c.

Ceterum qui historiam rerum in ecclesia id temporis gestarum, le-  
 gant præ ceteris tum *Heilbrunneri* librum mox plenius adducen-



„ tuit , ut suo nobis testimonio confirmat *Beutherus* (\*\*).  
 „ Tum vero ratus , se communi causæ hoc ipso non parum  
 „ consulturum , parentis sui *Joannis Suebelii* scripta luci ex-  
 „ posuit publicæ. Primum quidem an. XCVII tum ab eo ,  
 „ tum ad eum scriptarum centuriam , cui vitam patris præ-  
 „ misit (o) , dein eodem adhuc anno partem primam scripto-  
 O „ rum

dum , tam *Pant. Candidi* carmen *de vita Joannis I* supra laudatum , quippe cujus Lib. II, III, & IIII duces Cancellarium & se ipsum egregie defendit , tum (*Mich. Phil. Beutheri*) librum *de ordinatione eccles. Argentor.* heri sui jussu editum sepiusque a nobis adductum , tum scripta omnia *Schwebeliana* , quorum indices statim commemorabimus. cf. quoque *Hospinianum in concordia discordie* cap. LI, & *Hutterum in concordia concordie* C.LI.G.C. *Joannis in vita breviori Germanica Joannis I, ducis Bipontini, Koelerum in delic. numismat.* Tom. XII, Diss. 39. p. 305-312, ut alios taceam.

(\*) *Beutherus* in *homil. funebr.* p. 62, cui adde *Candidum*.

(\*\*) p. 62. seq.

(o) En titulum libelli integrum! *Centuria epistolarum theologicarum ad Johannem Schwebelium ante annos LXXV ecclesiarum illustrissimi ducatus Bipontini præsidem a Philippo Melanchtone Buzero, Capitone, Hedione, conventu Argentinensi, Pellicano, Gerbelio & aliis: ab anno Christi 1519 usque ad annum 1540. De rebus gravissimis, necessariis ac utilissimis: cum descriptione vite Johannis Schwebelii: gemino personarum & rerum indice: additis argumentis singularum epistolarum, iisque secundum annorum seriem ordine distributis. Ex typographia Bipontina per Casparum Wittelium MDXCVII.* Retulit vero hanc syllogen *Jo. Vogt* in *Catalogum historico-criticum librorum variorum*, sub voce *epistolarum &c.* edit. III, p. 259 sq. Laudavit vero hanc syllogen etiam cl. *Jo. Henr. a Seelen*, rector Lubecensis, in *præf. ad Philocaliam epistolicam &c.* itaque p. 3 de ea censuit: *Quemadmodum vero hæc collectio rarissimis omnino accensenda, ita non impedit editoris plurimorumque auctorum vel clandestinus, vel apertus calvinismus, quo minus in eadem multa reperiantur commemorabilia, quæ modo hujus, vel illius sensa animi manifestant, modo dogmata sanctiora aut impugnata, aut defensa sistunt, modo historiae seculi, quod sacrorum emendatio reddidit illustre, lucem accendunt.*



„ rum illius lingua Germanica exaratorum ; cui vitam pa-  
 „ tris vernacula præfixit ( p ). Tum anno insequenti XCVIII  
 „ partem alteram scriptorum horum Germanicorum ( q ), &  
 „ tandem an.MDCV, 8, peculiarum scriptorum illius Latino-  
 „ rum

( p ) Inscibitur prima hæc pars his verbis : *Der erste theil aller teutschen Bücher /deß gottseligen Lehrers Herrn Johannis Schwebelii, welche er, als der ersten Evangelischen Prediger einer, in dem hochlöblichen Fürstenthum Zweybrücken daselbst von anno Christi 1522 bis auff daz Jahr 1540 geschriben: daraus der Zweybrückischen Kirchen zu derselbigen Zeit einhällige Gleichfermigkeit in Religionsfachen, mit den andern dazumahl im Leben gewesenenen Sächsischen Theologis, als Luthero, Philippo Melanchtone &c. Sonderlich aber auch den Oberländischen und Straßburgischen als Lellio, Capitone, Bucero, Hedione, vnd andern, die zu derselben Zeit neben ihnen, gleiche Lehr öffentlich geführet, klürlich zu sehen. Getrukt zu Zweybruk durch Caspar Wittel. Anno MDXCVII. 8v. Etiam hunc librum æque & fyllogen epistolicam recenseris videas in Vogtii Catal. libr. rar. l. c. & Thesauro bibliothecali T. I, p. 101 sq. & 331.*

( q ) Hoc titulo : *Der ander Theil aller teutschen Bücher vnd Scrifften, des Gottseligen Lehrers, Herrn Johannis Schwebelii: welche von ihm in dem hochlöblichen Fürstenthum Zweybruk, zwischen anno Christi 1530 vnd 1540 geschriben. Daraus nicht allein der Zweybrückisch, sondern auch der Sächsischen vnd Oberländischen, bevorab der Straßburgischen Kirchen Gelegenheit, vnd allerley Tractationes so sich vnder den fühnehmsten Doctoribus derselbigen, in Religionsfachen, verlossen haben, klürlich zu befinden. Getrukt zu Zweybruk durch Caspar Wittel. Anno MDXCVIII. Opera hæc germanica Schwebelii rarissime hodie inueniri suo jam tempore monuit perillustris Seckendorffius. Hist. Luth.Lib.I, §. LXXXII addit. 1 (b) p. 131, ubi tamen minus recte illa Biponti 1605 excusa, & Jo. Schwebelium a Ludovico electore palatino Heidelbergam an. 1623 vocatum esse docet. Neque vero his duobus voluminibus omnia continentur scripta Jo. Schwebelii Germanica, sed obvia mihi fuerunt & alia auro cariora, ipsa illius ætate excusa, quæ alibi diligentius notanda erunt.*



„ rum syllogem (r). Fuere quidem inter theologos adversa-  
 „ rios nonnulli, qui dubitarent, utrum Cancellarius noster  
 „ literas istas bona integraque fide ediderit, ut *Jacobus Heil-*  
 „ *brunnerus*, ecclesiastes olim hic loci aulicus, isque non  
 „ incelebris, in *apologetico pro Wolfgango duce vernaculo fer-*  
 „ *mone scripto p. 133 & seqq. (\* )* tum excellentis doctrinæ  
 „ vir, & theologus Giessensium quam præclarissime meritus,  
 „ *Joannes Henricus Maius*, in *adnotat. ad vitam Reuchlini p.*

O 2

„ 71

(r) Quæ latine scripsit, lucem videre an. 1605, h. t. *Domini Johannis Schwebelii insignis illius apud Bipontinos ante complures annos theologi, & ecclesiarum tunc reformatarum antistitis, scripta theologica atque tractatus absolutissimi, de præcipuis ac difficilioribus S. scripturae locis, atque tunc in religionis dissidio atque negotio agitatis controversiis, Biponti ex typographia Caspari Wit- tel. MDCV 8.* Rarioribus illis scriptis hoc ipsum etiam rarius est. Atque idem scriptum est *Pars prima operum theologorum.* Scilicet cum epistolarum theologiarum centuria id temporis paucos invenisset emtores, editor filius eam denuo scriptis latinis tanquam alteram partem adiciendam censuit.

(\* ) Libro, quem semel iterumque jam adduximus, titulus est : *Verantwortung des weil. Durchlauchtigen Fürsten und Herrn, Herrn Wolfgangs, Pfalzgrauen bey Rhein &c. hochseel. ged. christlicher standhafter Glaubens-Bekennniß: wider etliche von seiner Fürstl. Gnaden in offenen Druck ausgesprengte Verleumdungen: samt ausführlichem Bericht von andern hierzu gehoerigen Religions-sachen. Aus hochdringenden, in der Vorrede angezeigten Ursachen und sonderbaren Befehl des Durchl. Fürsten und Herrn Philipps Ludwigen, vnd Otho Henrichen Gebrüdern, Pfalzgrauen &c. gedruckt Lauingen durch M. Jacobum Winter, anno domini MDCIV.* Qui liber cum raro obvius sit, hoc minus mirandum, quod diligentiam *Ludovici Melchioris Fischlini in memor. theologor. Wirtemberg. p. 1. p. 230* effugerit. *Vincentio Placcio in Pseudonymis ex symbola Diecmanniana num. 1371 p. 364 & num. 1514 p. 407* memorari videas, ut tamen ceteros inter *ἀναγνῶντες* auctorem haud detexerit.



„ 71 & seqq. „ (s) Hactenus *Joannis*. An vero credibile est, virum fidei spectatissimæ, atque ob illam & pietatem non minus, quam prudentiam ducibus carissimum, literas patris a se editas interpolare studuisse? Ex se illum metiebantur theologi ipsi quondam adversantes; quem quippe ode- rant, quod exemplo primorum evangelii restituti assecla- rum suum iudicium in amplectenda ejus doctrina sequi ma- luit, quam theologorum concertantium auctoritatibus fasci- nari, sibi que & officio parum satisfacere. Itaque jam tum *Candidus* antistes Bipontinus summo jure eum adversus ca- lumnias defendit, atque præ ceteris egregiis viris, quos Jo- annes I dux habuerat a consiliis, prout meritu erat, laudavit.

*Est*

- (s) Quibus duumviris scribimus supplementum *Ott. Frid. Schützius in vita Dav. Chytræi Hamburgi 1722 edita L. IV, epimetr. §. IV. p. 140*, ubi fidem ejusmodi collectionibus epistolicis derogare cupit, cum *Cryptocalvinistarum versutia subdola, in exornandis ejusmodi figmentis, documento non uno ex historia illius temporis pateat*. Eandem, pergit ille ob causam *Johannis Schwebelii epistolæ, quas filius Henricus, Bipontinus Cancellarius, edidit, a malæ fidei suspitione propius absunt, cum inter omnes constet, filium in gratiam sacramentariorum, earundem non alia de causa editionem suscepisse, quam ut parentem suum cum Zwinglio & Doctoribus Helueticis idem sensisse, nostratibus persuaderet, de cujus tamen religione, Jo. Henr. Majus in vita Reuchlini p. 68-78 longe meliora ex indiciis certioribus aliis, luculenter evicit*. Ergo Schützius iudicium sequitur illud *Maji*, hic vero postquam inclementer dixerat: *Ita audacter calumniatur & parentem suum & Argentinenses theologos degener filius Henricus Schwebelius J. U. L. Cancellariusque Bipontinus &c.* Tandem ex ipso illo *Heilbrunneri* adversarii Apologetico calumniarum pleno *Suebelium* nostrum falsitatis convincere studet. Loquitur autem Cancellarii scopus maxime conformitatem ecclesiæ Bipontinæ cum prisca Argentinensi ad mentem *Buceri & Melanctonis* cet. conformata. Itaque cavillantur, qui statum controversiæ variare cupiunt, triumviri illi, qui veneranda theologorum specie assumpta, rabulas personatos agere ipsi hand erubescunt. Sed de his ab alio disputa- bitur, cf. interim, quæ supra in vita *Schorrii* passim diximus.



*Est prior hos inter, juris consultus, & idem  
 Ipsi Wolfgango longe carissimus olim,  
 Cor ducis, osque simul defuncti, & principis hujus  
 SCHWEBELIUS senior, nulli virtute secundus  
 Quem pius est magno princeps complexus amore.  
 Inter praeclaros fuit unus & ille, regentes,  
 Quos dixere viros, duce adhuc impube Johanne.*

*Ille vir advertens, praesentia spiritualis  
 Quod Christi in coena cum sensu congruat ipso,  
 Symboli Apostolici, cui nec mysteria sacra  
 Nec carnis Christi communio vivida pugnet:  
 Non potuit dogma hoc non tota mente probare.  
 Quod verum & reperit, fuit ausus sponte fateri.  
 Sana nec in tenebris voluit documenta latere.*

*Huic septem integrae sunt acta decennia vitae,  
 Messibus adjunctis ternis, qui lustra senator,  
 Pene novem fuit, & cancellis praefuit idem:  
 Quem pietas animi excellens, humanaque morum  
 Ornat amabilium gravitas, vultusque verendus,  
 Et nunc ille quidem digno celebratur honore,  
 Integer & sensus animis & corpore vires,  
 Actate, eloquio, virtute & pectore Nestor.*

*Quae juvenis subiit, senior quoque munia praestat.  
 Usque adeo cani non imminuere vigorem.  
 Cur aliquis meritis defraudet laudibus illum?  
 Cui venienti ultro assurgunt juvenesque senesque  
 Et canos merito cujus venerantur honore.*

*Nemo illi affingat animum sub vulpe latentem,  
 Aut polypi varios simulantem more colores,  
 Cum nil candidius, nil sit sincerius illo.  
 Quique secus loquitur, quam pectore sentiat, illum  
 Ceu diras Erebi portas impensivis odit.*

*Non nobis ipsismet nascimur, ante sed omnes,  
 Prima Deus nostri sibi commoda vendicat ortus,*



Altera dein patriæ tellus, dulces & amici.  
 Hoc quoque Schwebelius celebri se nomine jactat.  
 Ille Dei miro flagrat succensus amore:  
 Ille duci multum Wolfgango profuit æquis  
 Consiliis, multum ille duci natoque Johanni  
 Profuit, & patriis bona plurima contulit oris.  
 Eximia commune bonum est vir ab arte politus.

Ut taceam, quantas Christi illi ecclesia grates  
 Quæque jacet schola ad Hornbachias celeberrima ripas  
 Debeat: (hanc etenim magno dignatus amore est),  
 Illius accessu studia observata frequenti,  
 Et mores juvenum inspiciens, curasque docentum  
 Addidit ingenuæ calcaria fida juventae.  
 Cum quo jam centum & decies prope quattuor, ipse  
 Quæ quovis illic examina longa trimestri  
 Sunt habita, audivi, morum consultus & artis (t).

Sed omittimus reliqua, quæ ad defensionem Suebelii  
 adversus Heilbrunneri convitia in Apologetico Wolfgangi du-  
 cis eidem facta dixit minus leniter, & ad alia gratiora nos  
 convertimus. Neque enim existimandum est, Schwebelium  
 unum consumsisse ingenium in componendis religionis nego-  
 tiis, quorum cura penes Cancellarios præcipua esse debebat.  
 Sed deceptam ejus sapientiæ etiam ferimus plurimas easque  
 & salutare & amplas ordinationes, inter quas mihi visæ  
 sunt quatuor potissimum commemoratu dignæ. Prima est  
 am-

---

(t) Quotcunque enim a condita illustri schola consiliis præfuere pub-  
 licis Cancellarii, illi vel maxime istam fovendam curandamque  
 duxerunt, neque unquam non ejus examinibus cum ceteris vi-  
 sitatoribus interfuere. Laudantur vero eo nomine a majoribus no-  
 stris Sitzingerus, Suebelius hic senior, Hofmannus & Suebe-  
 lius junior; hoc autem seculo in literis tuendis maxime elabora-  
 vit Nicolai a Greiffencranz. Atque nobis olim gratulabuntur  
 posterum illustre Borngesseri patrocinium,



amplissima cancellariae ordinatio (Canzley = Ordnung), digna sane principe sapientissimo, digna Cancellario prudentissimo fidissimoque, Biponti d. XXVII Jan. an. CIOIOLXXXVI, adeoque primo, quo *Schwebelius* Cancellarii provinciam administrabat, anno perfecta & promulgata, quæ LXIII articulis sive membris tam consiliorum ordinem rerumque tractandarum rationem, quam singulorum, qui in illis versabantur, administratorum, partes & officia præscribit. Altera est *ordinatio metallica* d. 15 Jul. an. CIOIOLXXXIX publicata, quæ LX articulis comprehensa in locum *Wolfgangianæ*, in vita *Stiberi* a nobis memoratæ, substituebatur emendatior. Sed utraque hæc lex & cancellariæ & rei metallicæ nonnisi scripta mansit. Typis vero etiam mandatæ prodire duxit 1) ordinatio curiæ superioris, *Houe Gerichtsordnung &c. Wie forthin an ihrer Fürstlichen gnaden Hoffgericht, des Fürstenthumbs Zweybrücken in Rechtlichen Sachen procedirt vnd gehandelt, auch die ergangene Vrtheil exequirt vnd volnuzogen sollen werden. Gedrukt zu Zweybrük, durch Caspar Witteln. Anno CIOIOCV.* Eodem anno hac in urbe alia excusa est ordinatio. *Eheordnung des Fürstenthumbs Zweybrücken. Item, Ordnung wie künfftig im Fürstenthumb Zweybrücken, die Hurerey vnd Unzucht an Ledigen vnd Ehelichen Personen zu straffen.* Binæ hæc ordinationes d. XIII Maji a *Johanne II* duce approbatæ leguntur. Taceo cetera a viro egregio, maxime sub auspiciis *Joannis I* sapientissimi principis, præclare gesta. Habuit autem collegas consilii præfides, quos Hofmeister vocant, nobilissimos æque & doctissimos, post *Wolfgangum Wambold ab Umstatt*, tum *Lutherum Quadium de Landskron (u)*, tum *Christophorum de Bernstein* supremum

---

(u) Obvius is mihi fuit persona ista primaria indutus jam an. 1584 ad finem usque an. 1587. *Humbractus* in *tab. geneal.* Quadorum altera eundem an. 1586 obiisse minus recte tradit.



premiū & aulæ & rei venatoriæ præfectum ( x ). Denique  
*Joannis* elogio Schwebeliano hunc imponit finem : „ Fuit  
 „ alioquin noster hic Suebelius, præter insignem doctri-  
 „ nam, facilis comptæque eloquentiæ; ore Græco, Latino,  
 „ Gallico, si quis alius promptus: prudens adhæc consilioque  
 „ præditus.

„ Obit tandem placide, nec sine multa pii, meritoque  
 „ Servatoris quam confidentissime subnixi animi significatione,  
 „ a. d. III non. Januar. an. CIOIOCX, & sepulturæ locum  
 „ invenit Biponti, in templo oppidano, ab duce Alexandro  
 „ condito; ubi hoc ei scriptum *επιταφίον*.

MEMORIAE SEMPITERNAE  
 NOBILIS ET AMPLISS. V.  
 HENRICI SCHWEBEL J. U. L.  
 JOANNE SCHWEBEL PATRE  
 THEOL. PIETATE ET DOCTRINA INSIGNI  
 NATI ANNO A NATO CHRISTO MDXXXI,  
 DIE XXV AUGUSTI  
 PATRIAE SUAE PATRIBUS TRIBUS  
 WOLFGANGO, JOANNI F. JOANNI N.  
 COMITIB. PAL. RHENI ETC.  
 A CONSILIIS ET CONSILIORUM PRAESIDIS  
 ANNIS LI MENSIB. III DIEB. XIX  
 FIDE IN PRINCIPES IPSOS DEVOTI  
 JUSTITIA MODERATIONE ET BENEVOLENTIA  
 IN OMNES LAUDATISSIMI  
 LINGUA PATRIA LATINA GALLICA  
 JUXTA DISSERTISSIMI  
 ANN. CHRISTI MDCX AD D. II JANUAR.  
 AETAT. LXXVIII MENS. IV D. VIII DEFUNCTI

ET

( x ) Is quum jam ante fuisset venatorum magister, ab an. 1588 ineunte  
 etiam curiæ aulæque magisterium exercere cœpit, tandem vero  
 idem dimisit, ac præfecturam diœceseos Birckenfeldensis susce-  
 pit; quo facto in ejus locum suffectus est *Hugo Fridericus Zorn*  
*a Bulach.*



\* \* ) o ( \* \*  
 ET  
 MARGARETHÆ SEMLERIAE  
 ANN. PLUS XLVIII CONJUGIS FIDISS.  
 POST LXV AETATIS ANNUM  
 ANNO DN. MDCVII D. XXVII DECEMBR. MORTE  
 PRAEVENTAE  
 TOT TANTISQUE BONIS CUMULATISS.  
 MODO QUOD MORTALES  
 QUALIS TU QUOQUE QUISQUIS VIATOR  
 DEINCEPS IN CIVITATE CAELITUM  
 PERENNABUNT.

Sed superfunt quædam, quæ de ejus vita privata familiae scitu haud injucunda sunt. Tanta scilicet is sua ætate florebat laude meritorumque fama, ut ipsum tum laudatissimus princeps, Joannes Casimirus, tutor Friderici III electoris Palatini & terrarum archipalatarum administrator, vi juris regii Palatinorum comitum, nobilitatis imperii prærogativa an. CIOIOLXXX donaret (y), sed etiam Carolus II dux Lotharingæ diplomate nobilitatis Nancii d. XXVI Jan. an CIOIOLXXXI ornatum esse vellet. Verum Cancellarius noster modestius honorificis istis laudum suarum testimoniiis ipse usus, quamvis patrimonium satis lautum (z)

P reli-

- 
- (y) Confirmavit dein genti Suebelianæ eandem an. 1612 Joannes II, dux Bipontinus administrator archipalatinus, quum vicariatum imperii gessit.
- (z) Lautum illud maxime erat beneficio amplissimo Weiskirchenfi. Quum enim Cancellarius noster redditus CX florenorum feudales ex fisco principali quotannis percipiendos habuisset, fors xxxii centum florenorum ipsi roganti soluta est, quam impendebat in coemendis variis prædiis in feudum substituendis. Itaque emit feodum Bipontino-Veldentinum, quod habuerat ante *Georgius de Fechenheim* in castro & vico Weiskirchen, villaque Eppingen in comitatu Bitenfi; itemque si a Wolfgango de Bedburg comparavit prædia in Meglingen & Weltersweiler ejusdem ditionis.



relicturus esset liberis, hos tamen in novis titulis gloriosos fieri noluit. Qui enim nihil in hac vita præter artes virtutemque prædicabile & gloriandum duxerat, is liberos, laudis virtutisque paternæ & avitæ heredes, relinquere maluit. Connubio autem coit, quod ex epitaphio allato jam patet, cum *Margaretha Semleria*, *Conradi Semleri*, civis inter Francofurtenses admodum spectati, & *Catharinae* ab *Offenbach* filia, anno C1C1DLVIII die XXV Junii WORMATIÆ ducta,

---

Qua occasione data haud absonum videtur, quædam de Weiskircha diligentius narrare, quam ab ill. *Schoepfluo Alsat. illustr.* T. II, p. 251. Arx vero illa media fere via inter Hornbacum & Bitim posita patrimonialis quondam fuerat gentis equestris *Harnaschiorum*, qui inde dicebantur *de Weiskirchen*. Ex ea jam gente Gerhardus an. 1360 Walramo comiti Bipontino semissem castri obtulerat in feudum, ad quam dein nescio quo tempore & altera pars feudi nomine accessit. Post Harnaschiorum excessum obvenit Weiskircha *Eschiis* & *Durckheimis* equitibus, qui eam ita inter se dividerunt, ut quisvis dimidiam haberet. *Eschiorum* semissem cessit tum *Fechenheimis*, atque circa an. 1586 a Georgio supra dicto venditus est *Henrico Schuebelio*, Cancellario Bipontino, qui illum d. 9. Jan. 1587 una cum aliis prædiis in feudum oblati a Joanne I. duce Bipontino recepit. Habuit is etiamnum condominum *Cunonem Ekebrecht de Durckheim* sed an. 1607 ab hoc quoque etiam alteram feodi Weiskirchensis partem sibi suæque genti comparavit. Retinuit vero Weiskirchense æque & cetera beneficia, quæ habebat Hornbaci, & alibi, hereditaria, Suebeliana familia usque ad an. 1661, quo, cum ea jam in plures abiisset ramos, illa omnia consentiente duce per emtionem venditionem transiere ad *Jo. Frey*, archiatrum Bipontinum, qui eadem anno sequenti pari titulo reliquit possidenda *Jo. Mullero*, commissario dicecesis Lichtenbergensis, qui æque & filii ac nepotes inde vocati sunt *Müller von Weißkirchen*. Tandem cum *Jo. Mulleri* nepos *Henricus Ernestus* diem supremum obiisset, transiit Weiskircha cum ceteris beneficiis ad illius ex sororibus neptes, quarum altera *Maria Magdalena de Brand* nupsit *Carolo Francisco de Jungkheim* alteram *Magdalenam de Sauerbronn* duxit *Josephus de Clemmery*, consiliarius præfecturæ Lotharingicæ Sargemundanæ, qui hodie vasallorum senior est.



ducta, ex qua plurium liberorum pater factus, florentissimam post se reliquit familiam; cujus partem schemate adjecto complectimur, aliam vitæ filii, Jo. Henrici, Cancellarii subjungemus.



Placet *Henrici Schwebelii* vitæ aliam adungere eamque ab avo meo *G. C. Joannis* descriptam: *Galli Tuschelini*, J. U. D. & consiliarii Bipontini (a), quem iste ab an. CICIOLXI (b) proximum a se collegam habuit, viri ita bene de republica nostra meriti, ut omnino ejus memoria hic renovari mereatur; præsertim cum absente Cancellario vices illius subinde in senatu gesserit (c): „GALLUS TUSCHELIN, Nürtingæ, ducatus Wirtenbergici ad Nicrum oppido, natus an. CICIOLXXXI. Patrem habuit *Conradum Tuschelin*, loci per annos XXXX consulem, ex senio tandem cæcum, nihilominus tamen officii sui partibus cum laude defunctum; matrem vero *Walburgin Mainradiam*, civis Wirtenbergici honesti filiam. Ab his puer bonæ indolis Argentoratum missus, & in convictum datus fuit patruo, *Joanni Tuschelino*, lcto perquam celebri, & tum Caroli V imperatoris,

P 2

„ tum

- 
- (a) Scripsisse eam videtur *Joannis* præeunte maxime *Paulo Frehere* in *theatro virorum erudit.* P. II, Sect. IV, p. 953, unde etiam desumpta est notitia, quæ de illo legitur in *Lexico eruditorum Foescheriano* edit. noviss. Nonnulla tamen ex *orat. funebri de vita & obitu &c. Jo. Roberti Tuschelini J. U. D. & Marchico-Badensis consiliarii habita XII Cal. Mart. a M. Georgio Hehlio, in ill. Gymn. Durlac. Prof. Durlaci an. 1629* excussa aliisque documentis curatius in notis dicemus.
- (b) Die nimirum Laurentii, h. e. d. 10 Aug. an. 1561 datæ sunt literæ, quas dicunt vocationis.
- (c) Primo statim anno muneris sui literis Neoburgi d. 13 Dec. datis, absentis cancellariæ directoris Jo. Stiberi vices agere jussus est.



„ tum reipublicæ Argentoratensis a consiliis (\*). Ibi cum in  
 „ studiis humanitatis ac bonarum artium fundamenta po-  
 „ fuisset, juris se consecravit scientiæ, eique in variis tam  
 „ intra, quam extra Germaniam academiis tanta operatus  
 „ contentione est, ut summis in Ictorum ordine honoribus  
 „ dignus fuerit habitus. Domum reversus WOLFGANGO,  
 „ comiti Palatino ad Rhenum, ducique Bipontino, heroi  
 „ laudatissimo juxta doctissimoque, a virtute, doctrina, lin-  
 „ guarum notitia, moribusque commendatus (\*\* ) ab eo  
 „ circa annum CIOIOL in consiliarium fuit adscitus, quo mu-  
 „ nere quum singulari fungeretur fide atque industria, eun-  
 „ dem locum etiam post apud Joannem I tenuit (d) alia in-  
 „ ter an. CIOIOLXXXII, cum herus Aquensibus sacrorum  
 „ emendatorum a duce Juliacensi obtinuisset exercitium, una  
 „ cum *Silberbornero* Aquas graneas missus fuit, ut iis bene-  
 „ ficium tam accepti adferret nuntium, simulque modum, rite  
 „ isto fruendi, sapienter demonstraret (\*\*\*) . Singula vero,  
 „ omniaque tam liberaliter dextreque accuravit, ut Hero  
 „ gratus esset, atque apud bonos omnes in honore pretio-  
 „ que, quod *Pantaleon Candidus* in carmine suo de Joanne I  
 „ clare testatur:

Gal-

(\*) Est is, quem *Sleidanus* lib. XXI de *statu religionis* p. m. 606 *Joannem Tischellium* vocat. & *Herzogius Chron. Alf.* L. IV, p. 122 *Johann Tischlein, der Rechten Doctor ihren (civitatis) Syndicum.*

(\*\*) *Freherus*, quem hic sequimur, (l. c.) dicit commendatum a *Christophoro Landschadio*, *Henrico Schorrio*, *Henrico Stibero*, gubernatore, Cancellario, & consiliariis Bipontinis. Sed enim vero, quod ad nomina *Schorrii* & *Stiberi* errat. Ille enim vocabatur *Jacobus*, iste vero *Joannes*.

(d) Quod testantur novæ creationis literæ d. 1 Jan. 1573 datæ.

(\*\*\*) Vide *Pantal. Candidum* in laudem *Johannis I* &c. L. IV p. 63 sq. pluribus hæc canentem.



*Gallus item juris doctor, rerumque peritus,  
Tuschelius, nulli non inservire paratus,  
Principis egregie commissa negotia gessit.*

„ Quin tanti CAROLO, duci Birckenfeldensi, marchionibus  
„ Badensibus, aliisque S. R. I. proceribus visus, ut confi-  
„ liarii sanctioris haberetur loco (e). Sub anni CIOCCI ini-  
„ tia, quum Birckenfelda (ubi resignationi tabularum Ca-  
„ roli ducis testamentariarum interfuit) domum revertisset,  
„ æstu febrique jactari cœpit, ac XIII die post viribus con-  
„ sumtus, morte placida extinctus, ipso die Matthiæ Apo-  
„ stolo in fastis sacro, ætatis LXX annorum tumuloque in  
„ æde sacra illatus est (f).

„ In conjugio vixit cum *Susanna, Jacobi a Castellaun,*  
„ quæstoris Crucenacensis filia; ex qua, præter filiam uni-  
„ cam, quatuor genuit filios (g) & inter hos tres jurium  
„ doctores, quorum unus *Fredericus Conradus Tuschelinus* rei-  
„ publicæ Norimbergenfi, ceteri aliis imperii principibus,  
„ ordinibusque cum honore inservire (h). „

P 3

XI.

- (e) Narrat hoc *Joannis* fide *Freheri*, atque vere. Ex eo autem col-  
ligimus, *Tuschelinum* sacris A. C. adhæsisse. Fuerit quum idem  
inspector ecclesiarum & scholarum, hoc de Sponhemicis, quas  
subinde visitavit, intelligendum est. Neque enim Bipontinæ ec-  
clesiæ & scholæ illustri nostræ ratio ab an. 1588 patiebatur, ut  
is harum curam ageret atque præfecturam.
- (f) Tum elogio sepulchrali, cujus tamen copia mihi non est, tum  
sermone funebri carminibusque, quibus etiam caremus, com-  
mendata fuit ejus memoria.
- (g) Imo plures, certe quinque, *Jo. Rupertum, Henricum, Fride-  
ricum Conradum, Wolfgangum Wernerum & Joannem*: atque  
duobus aliis in infantia mortuis positum legebatur epitaphium in  
templo nostro.
- (h) *Joannes* quidem *Robertus*, inter tres fratres J.U.D. primus, Mar-  
chionis Badensis a consiliis aulicis fuit, atque d. 19 Nov. 1628 vitam  
siniit; *Fridericus Conradus* a consiliis & Palatinis & Noricis f.



## XI.

Successit Henrico Schwebelio BALTHASAR HOFFMANN, postquam per quatuor ab illius obitu annos prærogativam in consilio tenuisset potestatem, in ipsa Cancellarii amplissima dignitate. Laudabimus autem virum ingenio, doctrina, prudentia ac pietate commendatissimum testimonio coævo *Isaaci Crameri*, rectoris scholæ illustris Hornbacensis, qui ipsius memoriam oratione coram ephoris scholæ an. MDCCXXIII habita d. VIII Jun. consecravit (\*). Atque ille, ut exordium prætermittamus, sic vitam *Hofmanni* describit: „ Ut igitur ab ipsis vitæ incunabulis exordiar, natus „ est *Dn. Balthasar Hoffmannus*, honorificæ memoriæ, So- „ bernhemii, quod est primarium oppidum archipalatina- „ tus in præfectura Bockeluhemensi, anno a nato Christo „ MDCLXIII, VII die Martii, patre quidem *Henrico Hoff-* „ *manno*, Grimbergenfi Haffo, verbi divini ministro, matre „ vero *Anna Gütin*, Heidelbergenfi. Qui nulla alia ratione „ si nobis commendarentur, vel hoc solo nomine fatis com- „ mendati esse poterant, quod talem virum reip. genuerunt: „ quando apud Romanos quoque immunitate ac privilegiis „ donatos esse legamus, qui filium patriæ usui atque præ- „ sidio genuissent. Sed propria quoque virtutis ac laudis or- „ namenta illi habuerunt. Pater enim, ut dixi, Sobernhei- „ mensis ecclesiæ antistes, inter præcones Christi in archi- „ du-

---

Norimbergenfibus extitit; *Wolfgangum* tandem memorat *Pantaleon candidus* inter viros doctos, quos habuit Joannes I Bipontinus dux ministros.

(\*) Quam habemus MStam in volumine aliquot orationum ab ipso *Cramero* rectore habitaram. Ex eadem suam de Hofmanno, Cancellario, Sobernhemii nato notitiam hausit b. parens meus, *Jo. Phil. Crollius* in orat. de dioecesi Beckeluhemensi, veteris comitatus *Spanhemensis olim portione*, Biponti a *Jo. Casim. Fuchs* habita editaque an. 1732, p. 45 not. \*\*.



„ ducatu Palatino, ætate sua locum fortitus est non postre-  
 „ mum: quo vitæ genere, si S. scripturæ genere standum sit,  
 „ nullum inter homines est excellentius, nullum munus  
 „ sanctius atque divinius. Avus vero maternus *Henricus Gu-*  
 „ *thenius* architectus Heidelbergensis illustrissimo principi,  
 „ OTHONI HENRICO, palatino rheni, septemviro imperii, cla-  
 „ rissimus atque acceptissimus fuit. Aviam denique ex hono-  
 „ ratissima familia *Lechleriorum* originem duxisse accepimus.  
 „ Ac patris quidem sui præsidio pestis illa epidemica,  
 „ anno CIOIOLXIII per universam Germaniam grassata,  
 „ puellum nondum bimulum orbavit: sed paterna Dei pro-  
 „ videntia, cui viduæ ac pupilli curæ sunt, alium subse-  
 „ quenti anno parentem substituit, *Fridericum Waltherum*,  
 „ Trevirenses, ecclesiæ ad S. Julianum pastorem, qui hunc  
 „ suum privignum germanum in modum complexus præ-  
 „ ceptoribus informandum tradidit, quorum opera ubi prima  
 „ litterarum ac pietatis elementa percepit, an. CIOIOLXXVII  
 „ ad Selzianum, & hoc mox abrogato ad Heidelbergense  
 „ pædagogium ablegatus est. Inde fundamentis logicarum  
 „ artium, & Latinæ ac Græcæ linguæ probe jactis anno  
 „ CIOIOLXXX ad academiam Wittebergensem, tum tem-  
 „ poris optimarum artium ac disciplinarum studiis florentis-  
 „ simam, se contulit. In qua cum jurisprudentiæ se dedis-  
 „ set studio, præter ceteros præstantissimos doctores, cele-  
 „ berrimum illum juris sacerdotem atque antistitem *Mat-*  
 „ *thæum Wesembecium* ei audire contigit.  
 „ In hac schola quasi triennium commorat. an. CIOIOLXXXIII  
 „ Marpurgum se recepit, cum interea vitricum suum *Walthe-*  
 „ *rum*, alterum vitæ ac studiorum subsidium amisisset; cui se-  
 „ quenti an. CIOIOLXXXIII successit *Johannes Himmelius*, vir  
 „ inter suos honoratus, qui Cussellis prætoriam dignitatem  
 „ multos annos gessit, quocum mater *Hofmanni* annos un-  
 „ deviginti in placido, sed sterili conjugio exegit.

„ Ut



„ Ut autem cœptum jurisprudentiæ studium pertexeret, an.  
 „ CIOIOLXXXV Heidelbergam reversus est, sive quod hanc  
 „ scholam propter jacta ibi artium fundamenta amaret, sive  
 „ propter avitam, ut diximus, familiam, sive potius pro-  
 „ pter orthodoxam religionem paulo ante instauratam, dili-  
 „ geret, cujus gustum ut ante perceperat, ita, quoad vixit,  
 „ constanter eam coluit & tuendam ac propagandam suscepit.

„ Hac fama ingenii, pietatis & doctrinæ cum illustrissimo  
 „ principi ac domino, JOHANNI, palatino Rheni, sanctæ re-  
 „ cordationis, doctorum virorum amantissimo principi com-  
 „ mendatus esset, ab ipsius celsitudine honorifica vocatione  
 „ Heidelbergam accitus, & in amplissimum collegium eorum,  
 „ qui patriæ consilia moderabantur, cooptatus est, anno  
 „ CIOIOLXXXVII, mense Majo (a), ætatis ipsius anno  
 „ XXIII; quo anno, ni fallor, clarissimus quoque ac con-  
 „ sultissimus vir *D. Johannes Henricus Schwebelius* in eun-  
 „ dem ordinem allectus fuit. Inter quos quemadmodum in  
 „ primo statim ingressu nativi amoris ac benevolentiae se-  
 „ mina se exeruerunt: ita deinceps per omnem vitam ad  
 „ finem usque mansit inter illos, constans illa & sincera,  
 „ quam novimus amicitia, idem velle & idem nolle, adeo-  
 „ que rerum divinarum & humanarum cum caritate & be-  
 „ nevolentia summa consensio.

„ Incidit in hunc ipsum annum deliberatio gravissima de  
 „ reformatione ecclesiarum & scholarum hujus ducatus, quam  
 „ optimus ille princeps, Domino Deo oculos ipsius pro simbolo  
 „ ac voto quotidiano illuminante, animo conceperat. In qua re-  
 „ formatione suscipienda ac promovenda, cum prædicto Do-  
 „ mino *Schwebelio* & ceteris suis collegis fidelem operam nava-  
 „ vit. Et quoniam princeps ille sapientissimus in maxima erat  
 „ apud plerosque S. imperii procures auctoritate, ita ut ad ipsius  
 „ consilia

---

(a) Vel rectius d. 24 Junii.



„ filia tanquam ad sacram aram & ancoram aut oraculum  
 „ quoddam confugerent : fieri non potuit, quin eorum, qui  
 „ gravissimis deliberationibus quotidie interessent, animi &  
 „ judicia, consiliorum atque sententiarum communicatione  
 „ conformarentur atque acuerentur plurimum. Ac proinde  
 „ in aliis quoque muneris partibus, tam foris in legationi-  
 „ bus obeundis, quam domi in consiliis conferendis ingenii  
 „ ejus præstantia ac virus eluxit, ad annos totos XVII pro-  
 „ bata, qua singularem gratiam illius ac benevolentiam  
 „ sibi conciliavit atque devinxit. Hac clementia principis  
 „ fretus Biponti sedem cum figere decrevisset, vitæ ac for-  
 „ tunæ sociam sibi delegit honestissimam virginem, *Catha-*  
 „ *rinam*, filiam clariss. atque experientissimi viri. *D. Jo-*  
 „ *hannis Georgii Stahelii* archiatri Bipontini ( b ), anno  
 „ CIOIOLXXXII, cum qua in annum XXIV conjunctissime  
 „ vixit, ex eaque liberos suscepit decem, de quibus octo  
 „ adhuc superant. Filia primogenita *Anna Margaretha*, viro  
 „ dignitate ac virtute præstanti *Dn. Johanni Valentino Diet-*  
 „ *maro* ( c ) vincta, & filius natus maximus *Joh. Balthasar*,  
 „ J. U. D. qui ambo serenissimi principi ac domino nostro fe-  
 „ dent a consiliis. Ceterum extincto Theodosio nostro, lau-  
 „ datissimæ memoriæ, Heroi, Domino JOHANNI Palatino se-  
 „ niori an. CIOIÖCIII mense Augusto, cum filius succede-  
 „ ret serenissimus princeps, JOHANNES Palatinus, dominus  
 „ noster clementissimus, & relictum a domino parente op-  
 „ time constitutum imperium, consiliisque vigens mode-

Q

„ ran-

- 
- ( b ) Cujus viri per LVI annos de scholis Palatinis & republica nostra optime meriti vitam enarravit b. avus meus *G. C. Joannis* in schediasmate *de eruditis Bipontinis* cet. supra jam laudato, n. III, p. 15-17.
- ( c ) Quæstor is primum fuit Lotharingicus in comitatu Bitenfi, dein Bipontum evocatus a consiliis fuit, tum scholæ illustris Hornbacensis ephorus (Inspector) constitutus est.



„ randum capefferet, inter ceteros consiliarios paternos tunc  
 „ quoque *Balthasarum* magna benevolentia complexus est,  
 „ præcipuoque loco semper habuit, ita, ut sublato e statione  
 „ sua magnifico viro *D. Henrico Schwebelio* J. U. Licentiato,  
 „ Cancellario, ac trium principum ad annos amplius con-  
 „ siliario, huic *Balthasaro* in senatu prærogativam tribue-  
 „ ret, qua ille tamen non insolenter, sed sobrie ac modeste  
 „ usus, *D. Schwebelium* & ceteros collegas in consiliorum mo-  
 „ derationem semper adhibuit. In hac etiam provincia, cum  
 „ integritatem suam serenissimo principi ad annos IIII pro-  
 „ basset, tandem an. MDCCXIII, mense Januario, ætatis  
 „ suæ L ad supremam illam curiæ dignitatem evectus, &  
 „ consilii publici antistes ac Cancellarius, hoc est, secreto-  
 „ rum custos atque arbiter, in illustri atque solenni amplis-  
 „ simi senatus corona declaratus ac præsentatus est.

„ Quanta vero cum laude hujus muneris amplitudinem susti-  
 „ nuerit, ii, qui ipso familiarius usi, & reipublicæ difficultates  
 „ gubernandæ experti sunt, melius æstimare possunt. Non per-  
 „ sonæ tantum dignitas, quam natura ei tribuerat, & quam  
 „ ubique pro decoro tuebatur, singularem ei gratiam atque  
 „ autoritatem in negotiis gerendis conciliabat: sed quæ ta-  
 „ lem sustinenti in repub. personam atque ad tantum fasti-  
 „ gium evecto conveniunt, cum admiratione conficiebat.  
 „ Erat in illo longo rerum usu comparata prudentia, ac  
 „ dextre judicandi facultas, in rebus obscuris & perplexis  
 „ futurisque prospiciendis sagacitas. Unde non modo de  
 „ prætoriiis controversiis, sed de aliis prope infinitis, maxi-  
 „ mique momenti causis, quæ quotidie in talibus dicaste-  
 „ riis offeruntur, prudenter noverat, nunc prompto atque  
 „ ex tempore, nunc præmeditate dicere atque scribere, cum  
 „ opus erat, nunc sententiam ferre, sæpe vota ac suffragia  
 „ discrepantia memoriter colligere, inter se pensitare, &  
 „ quid optimum factu esset, eligere. Cumque non raro in

„ gra-



„ gravissimis deliberationibus res flagitet , ut causæ cum  
 „ causis committantur, nonnunquam etiam ex memoria an-  
 „ tiquitatis , aut antecessorum de similibus casibus pronun-  
 „ tiata , cum præsentibus comparentur : hæc ipsa , quanta  
 „ prudentia , virtute ac fide præstiterit , vester ille Ulpianus,  
 „ si ita licet appellare , amplissimi & consultissimi viri, me-  
 „ ministris. Meminit serenissimus noster princeps , & quod  
 „ vidimus atque audivimus ipsi , non sine mœrore recorda-  
 „ tur. Reipublicæ statum & hujus universi ducatus ratio-  
 „ nem omnem memoria tenebat & exacte recitare poterat,  
 „ ad eamque consilia sua circumspicte dirigere solebat (d).  
 „ Quod autem salutaris sapientiæ caput , erat in eo amor Dei  
 „ ac pietas non simulata quam in consilium ubique adhibe-  
 „ bat , tanquam rectissimam veri & æqui regulam, erat ma-  
 „ gnitudo animi ac in eligendis ac tuendis honestis senten-  
 „ tiis , reieciendisque contrariis constantia : in cognoscendis  
 „ ac disceptandis controversiis aliena a temeritate ac præci-  
 „ pitantia , ut dixi , iudicii maturitas atque rectitudo. Bre-  
 „ viter , ut ex schola Christi loquar , erat templum ac do-  
 „ micilium S. sancti , quemadmodum de Daniele , cogno-  
 „ mine Balthasare , scriptura sacra testatur , quod spiritum  
 „ ( sanctorum deorum ) sancti numinis in semetipso habuerit.  
 „ Hinc factum , ut pia sollicitudine ecclesiarum atque scho-  
 „ larum salutis flagraret , cujus testes locupletes illarum mi-  
 „ nistri esse possunt. Inprimis vero hanc illustrem Hornba-  
 „ chianam perpetuo amore complexus est (e) , quam recte  
 Q 2 „ statu-

(d) Documentum prudentiæ suæ egregium in pacto illo Landaviensi , quo lites , inter archipalatinos principes & duces Bipontinos agitatae feliciter fuere compositæ an. 1612.

(e) Quem & ultimo officii vitæque anno clarissime demonstravit , cum ejus commendatione maxime effectum sit , ut typographia , qualis jam Biponti fuerat tempore Alexandri & Joannis I ducum , ( cf. comm. nostram *de illustri olim Bibliotheca ducati Bipontina &c.*



„ statuebat feminarium reipublicæ patriæque ornamentum  
 „ præcipuum esse; cujus examinibus aliisque exercitiis scho-  
 „ lasticis quam cupide interfuerit ac præfuerit, quanta vo-  
 „ luptate discipulorum profectus explorarit, inter nos om-  
 „ nes constat, ac propemodum hi parietes, hæc subsellia  
 „ atque mensæ testari possunt, quæ nunc ipsius præsentiam  
 „ desiderant & cassum lumine lugent. Tanto major ei gra-  
 „ tia debetur: nullum siquidem beneficium majus est, quam  
 „ veræ doctrinæ de Deo & optimorum studiorum propaga-  
 „ tio & consilia salutaria reipublicæ. „ Sed abrumpimus  
 „ filum orationis, in vitæ privatæ ab *Hofmanno* actæ quodam  
 „ verborum ambage digredientis, tandemque in allocutionem  
 „ novi Cancellarii, *Jo. Henr. Schwebelii* abeuntis: atque ex ea  
 „ tantum brevibus quædam subjungimus.

Anno primo vel secundo cancellariatus sui amisit piissimam  
 matrem, quam honorum suorum contemplatricem maximo-  
 pere amaverat: atque hunc dolorem paulo post gravius auxit  
 vulnus obitu lectissimæ conjugis inflictum. Varias deinde fortu-  
 næ vices in secundo & tertio matrimonio expertus, ipse tandem  
 an. CIOCCXXIII mense Sept. fatali febre correptus d. XI Oct.  
 in beatissimum superorum concilium translatus est. Tum vero  
 optimi viri ex hac vita discessum lugebant omnes boni, &  
 quam jacturam in eo respublica fecerit, laudatissimus dux  
 Joannes II, augusta sua præsentia, qua funus Cancellarii  
 honestavit, haud indubie testatum fecit, Collega præside usus  
 est, dum Cancellarii partes obiret, *Hugone Friderico Zorn*  
 de

---

1758 editam p. 28 sq. not.) jam Hornbaci institueretur an. 1623,  
 quæ ad finis foret Gymnasii Thimitiarum instar ex illa principi  
 heredi Friderico dicto anno *disputatio de virtute*, quam præfide  
 rectore *Isaaco Cramero* defensurus erat *Wolfgangus Hofmann*,  
 Cancellarii filius, irruente vero post hostium injuria eadem typo-  
 graphia cum schola illustri Bipontum translata est ineunte mense  
 Aprilis an. 1631.



*de Bulach*, qui curiæ magisterium usque ad an. CIOICXXV  
gessisse nobis videtur (f).

## XII.

*Henrico Hofmanno* statim ineunte an. CIOICXXVIII  
suceffit, illius olim æqualis & ad vitæ finem usque familia-  
ris, JOANNES HENRICUS SCHWEBEL, *Henrici* quon-  
dam Cancellarii filius natu maximus. Natus autem illi erat  
d. III Dec. an. CIOICLXII. Duodecim annorum puer in sti-  
pendia illustri scholæ Hornbacensis cum fratre *Joanne Lu-*  
*dovico* relatus eum se præstitit, in quo significatio ingenii  
celsioris virtutisque futuræ eluceret certissima. Curriculo stu-  
diorum, quibus in Gymnasio ad graviora præparari decet  
adolescentes, absoluto cum laudibus votisque dimissus Kal.  
Sept. an. CIOICLXXXI in ampliora academiæ spatia in-  
gressurus Marburgum petiit, ubi tum Ictorum Germaniæ  
aquila, *Hermannus Vultejus*, nidum construere, atque ado-  
lescentes elegantioris jurisprudentiæ præfidiis fovere cœpe-  
rat. Ita vero egregie se suumque ingenium in artium studiis  
exercuit *Suebelius*, ut supremos in jure honores magna cum  
laude adire posset. Talis quum rediisset, eodem anno, quo  
ipsum decessor Cancellarius, *Hofmannus*, Heidelbergæ huc  
vocatus fuerat, hoc est, an. CIOICLXXXVII ab sagacissimo  
ingeniorum existimatore, JOANNE I duce, a consiliis dein-  
ceps esse jussus est. Quemadmodum ab eo tempore præ-  
euntem habuit patrem doctrina virtuteque excellentissimum,  
consiliorum præsidem, collegisque usus est consultissimis,  
GALLO *Tuschelin* & *Joanne Sturzio*, J. U. D. ceterisque, ita

Q 3

ille

(f) *Hugo iste Fridericus* natu maximus fuit filiorum *Jo. Sebastiani Zorn de Bulach* & *Ursulæ Klettin ab Uttenheim*; cf. *Herzogii Chron. Alsat.* L. VI, p. 306. An. autem 1625 magisterium curiæ suscepit *Otto Fridericus Quad. de Landskron.*



ille parentis exemplum seniorumque prudentiam ac virtutem imitatus est, ut quamvis juvenis esset, citius maturitatem quandam suam assequeretur, nullique horum dein inferior habendus esset. Mirabantur scilicet in eo omnes divinum ingenii acumen, ejusdemque lumen, eloquentiam; clarus imprimis erat perpetuo musarum amore atque adeo humanitate, quæ illis accepta refertur, præstans. Hisce artibus meritis est, qui mature consiliis sanctioribus adhiberetur, quasi unus e prudentioribus usu diuturno & gravioribus. Joannes certe dux, cum ex testamento Friderici III electoris Palatini tutelam Friderici V & administrationem terrarum archipalatinarum suscepturus an. CIOIOCX Heidelbergam abiret, *Schwebelium* ex multis elegit comitem, qui ipse esset a sanctioribus consiliis. Atque tum merebatur, in cujus gratiam prærogativa nobilitatis olim parenti concessa a Joanne duce administratore, Vicario imperii an. CIOIOCXII confirmaretur. Quamvis autem postea *Balth. Hofmanno*, cujus erat æqualis, prærogativa in senatu atque dein etiam Cancellarii honos tribueretur, tantum abfuit, ut *Schwebelius* ei invideret, ut potius ejusdem fidissimus maneret amicus. Itaque summo jure ipsius virtutis idem splendor, defuncto *Hofmanno* statim contigit sub auspiciis an. CIOIOCXVIII (a). Novus quidem patuit campus, in quo se exerceret pruden-

- 
- (a) Quem honorem ipsi publice gratulatae sunt musæ patriæ, testibus literis *Isaaci Crameri* rectoris ad eundem datis, quas habemus Msc̄tas: *Amplissimo & consultissimo viro, domino Johann Henr. Schwebelio, F. U. D. Cancellario & consiliario Bipontino dignissimo, domino ac patrono magno S. P. a Domino Jesu Christo. Amplissime domine Cancellarie plurimum observande. Quae nuper in studiorum nostrorum probatione tuo honori bene precati sumus cum viva voce, tum scriptis, ea nunc in honorificam tui memoriam typis expressa ad te mittimus. Tua amplitudo ut quaecunque studium ex observantissimo tui animo profectum in bonam partem accipere, scholamque hanc patrocinio suo complecti, nos quo-*



dentia, quæ in *Schwebelio* fene jam LXII annorum erat summa, sed in quo etiam molesta æque & operosa negotia ei exhiberentur. Scilicet fere ab eo tempore calamitas belli Bohemici terris archipalatinis, quas JOANNES II Bipontinorum dux Friderici V electoris nomine ad an. usque CIOICXXIII administraverat, illata etiam in patriam nostram propagari cœpit; maxime vero, ex quo a Philippo Christophoro (b) Archiepiscopo trevirensi, tanquam episcopo Spirensi injustæ de cœnobio Hornbacensi intendi lites cœperunt idemque brevi post famosum illud edictum restitutorium violenta occupatione Joanni II duci ereptum est. Quid quantumve negotii tum obeundum fuerit Cancellario nostro, ejusque collegis, præsertim *Joh. Ulric. Neuphard*, & *Johann Walth. Hofmanno*, consiliariis, testatur etiamnum scriptum satis amplum, quo jura Bipontina adversus injustam adversariorum appetitionem & violentiam defendebantur, an. CIOICXXXI Biponti editum (c). Denique Cancellarius noster nihil præter-

---

quoque ipsos & nostros in numero eorum, quos amore & benevolentia sua prosequitur, perpetuo habere velis, etiam atque etiam rogamus. Bene vale, vir amplissime. Hornbaci 24 Januarii anno reparatae salutis 1624, Tuæ amplitudinis observantissimi rector & professores scholæ ibidem. Ex his fere colligendum foret, non modo carmina gratulatoria, sed etiam orationem, qua *Cramerus* laudes *Hofmanni* Cancellarium persecutus tandem acclamavit novo Cancellario, typis edita fuisse. Sed nihil istorum adhuc nobis videre contigit, quum superioris seculi bella & incendia destruxerint pleraque musarum nostrarum monumenta.

- (b) *Philippus* hic *Christophorus*, cujus animi magnitudo in magnas excrevit injurias, natus fuit Biponti d. 11 Dec. 1567 & sacro lavacro tinctus d. 19 Dec. testante indice baptizatorum ecclesiæ reformatæ. Pater ipse *Georgius Wilhelmus de Soetern* inde a. 10 Jun. 1565 Satrapæ & Consilarii Bipontini munia gerebat.
- (c) Hoc titulo: *Gründliche ausführliche Information, wie es mit deren unlängsthin de facto beschehener occupierung vnd einnehmung*



termisit, quod ad dignitatem principis, patriæ solamen, ecclesiæ & scholæ illustris salutem pertineret (d). Annus vero CIOICXXXV, qui multiplici modo terris Bipontinis extitit luctuosus, fatalis quoque fuit seni annum ætatis jam LXXII transgresso. Is enim dicto anno d. XVI Maji communi luce privatus est, neque adeo cumulum miseriarum vidit, qui ad summas id temporis calamitates morte Joannis II ducis exulis meliori fato dignissimi, d. XXX Jul. Metis defuncti accessit, & Bipontinam civitatem oppressit. Curix magisterium, quoad ille cancellis præfuit, tenuere *Otto Fridericus Quad de Landskron* & *Jo. Adolfsus de Molsperg* (e). Uxor, quam d. XIII Oct. an. CIOICLXXX duxerat, *Anna Margaretha Pastoir* (f) ei plures liberos peperit, ex quibus tres filii (g).

---

deß Fürstlichen Pfaltzzweybrückischen Klosters Hornbach, und desselben pertinentien hergangen allen Liebhabern der Warheit und Gerechtigkeit, zur Nachricht publicirt, und in Truck gegeben. Getrukt durch Wendel Schmidten, Fürstlich Pfaltz Zweybrückischen Buchtrukern. MDCXXXI.

- (d) Ejus sub auspiciis quoque an. 1625 nova editio ordinationis judiciarix emendata & aucta prodiit ex officina typographica Hornbacensi *Wendelini Schmid*: *Unterggerichts ordnung deß Fürstenthumbs Zweybrückens*. Atque hæc III editio fuit. Similiter recusæ sunt ordinationes matrimonialis & pœnalis; nova tandem constitutio de presbyteriis, quæ etiamnum apud nos viget, d. 24 Maji 1633 sancita prodiit.
- (e) *Otto Fridericus, Joannis Quadii*, qui Biponti d. 15 Apr. 1630 obiit, filius &, ni fallor, *Luteri Quadii*, olim magistri curix nepos, supremam istam dignitatem d. 30 Oct. 1625 adiit. *Jo. Adolfsus de Molsperg* tantum vices magistri, *Bischofmeister* an. 1634 obire iustus fuit.
- (f) Obiit lectissima hæc femina, XI liberorum mater, novem annis post maritum, Tabernis montanis d. 10 Maji 1644 anno ætatis LXXV ubi ei in templo positum legitur epitaphium, quod eam Cancellarii filiam, neptim nurum & uxorem fuisse memorat. Nata scilicet erat viro summo, *Gerhardo Pastoir*, Cancellario archipalatino, ex *Juliana Juditha, Christophori probi*, in eadem curia Cancellarii celebratissimi.



(g) duæque filiæ memorari merentur. Sed ut brevitati studeamus, familiam ab ipso propagatam in tabula repræsentare placet.

JOANNES HENRICUS SCHWEBEL, J. U. D.  
Henrici Cancellarii filius natus maximus n. 3 Dec. 1562,  
consiliarius Bipontinus ab an. 1587, dein etiam Cancellarius  
ab an. 1624 † 10 Maji 1635.  
Ux. Anna Margaretha fil. Gerhardi *pastor*, Cancellarii palatini  
& Juliane Judicæ *Probin*, n. 23 Jul. 1570, d. 13 Oct.  
1590 † 10 Maji 1644.

<p><i>Joannes Rupertus</i>, n. 19 Oct. 1595 consiliarius Bipontinus Vx. N. N.</p>	<p><i>Joannes Gebhardus</i>, n. 12 Maji 1599, juris studio operatus Heidelbergæ, qua 1620 relicta, abiit in Bohemiam, dein eodem anno cum legato Bohemico Constantinopolin; redux 1621 † 1033</p>	<p><i>Georgius Fridericus</i>, n. 15 Jan. 1602 pastor eccl. Hornbac. ab an. 1624, eccl. Tabernæmont. ab an. 1630 Bipontum vocatur pastor &amp; antistes 1659. † 30 Nov. 1660</p>	<p><i>Magdalena Catharina</i> n. 1604 † 1675 <i>Mar. Jo. Wernher</i> parochus Hornbacensis,</p>	<p><i>Maria Modesta</i> n. 28 Dec. 1611 <i>Mar. Jo. Daniel Schorr</i> ab <i>Hasel</i>, præfectus Cleburgenfis.</p>
<p><i>Jo. Fridericus</i> n. 31 Maji 1633 Diac. Bip. 1660. pastor Tabernæmont. 1666, † 17 Jan. 1669.</p>	<p>Vx. Joanna Catharina, Jo. Val. <i>Dithmari</i>, consil. Bip. f.</p>	<p>Vx. Anna Elisabetha Pantal. Candidi, episcopi Bipontini filia.</p>	<p><i>Philippus Carolus</i>, diaconus Tabernæmontanus 1659-1661, qui ei fuit fatalis, † coelebs.</p>	

*Catharina Margaretha* posthuma † 26 Mart. 1713 octogenaria.  
*Mar. 1) Jo. Daniel Hofmann*, cellarius Tabernæmont. 2) *Jo. Mich. Faxius*, præfectus culinae aulicæ Bipontingæ. 3) *Philippus Martinus Kelsley*, pastor olim Contvicensis & antistes eccl. Bipont.

filii tres, qui in infantia obiit.

R

XIII.

(g) Ex istis maxime natus minimus, *Georgius Fridericus*, apud nos inclaruit ac viri pii doctique, æque & præconis facundissimi laudem, altioresque adeo in ecclesia dignitates meritus est. En ejus epitaphium in templo Bipontino primario superstes! D. O. M. S. GEORGIUS FRIDERICUS SCHWEBELIUS, JOHANNIS HENRICI SCHWEBELII CANCELLARII BIPONTINI FILIUS, NATUS HORN-BACI XV JANUARIi MDCII, STUDIIS HORN-BACI, HERBORNAE, BASILEAE, HEIDELBERGAE OPTIME EXPOLITUS, FACTUSQUE SERVUS JESU CHRISTI, ARDENTI ZELO DOCUIT HORN-BACI, TABERNIS MONTANIS ET BIPONTI ANNOS XXXVIII: TANDEM PRAEMISSIS IN POLUM LIBERIS VIII, INTER QUOS PASTORES DUO, HENRICUS BIPONTI PER ANNOS VI, PHILIPPUS CAROLUS PER II ANNOS, INSPECTORATU BIPONTINO DIE XXX NOVEMBRIS MDCLXI DISCESSIT, ANNO AETATIS LX, RELICTA SOLA VIDUA ANNA ELISABETHA, SAMUELIS CANDIDI, QUONDAM SUPERINTENDENTIS BIPONTINI FILIA.



## XIII.

*Joanne Henrico Schwebelio* e vivis sublato nemo in illustrissima Cancellarii dignitate successit, sed tamen illius adeoque præsidis in senatu vices agere jussus JOANNES ULRICUS NEUPHARD procancellarii honore conspicuus esse cœpit. Is quum LV annos ducum Bipontinorum JOANNIS I & II ac FRIDERICI, fuerit a consiliis, meritus est omnino, cui b. avus meus, G. C. *Joannis* inter eruditorum, qui apud nos cum maxime per L annos officiis præfuerit publicis, imagines locum adsignaret (a). Sed paucissimis lineis eam tantum adumbrare ipsi licuit. Videtur autem mihi patre usus esse *Erhardo Neuphard*, medico Crucenacensi, & aliquando simul archiatro Bipontino, cujus filios tres bonis disciplinis artibusque in collegio illustri Hornbacensi operam dedisse ex ejus albo cognovimus, *Joannem Garfilium*, *Conradum* & *Joannem Erhardum*. Horum igitur frater natu minor absque dubio fuit *Joannes Ulicus*, circa an. CIOIOLXX natus. Ubi quidem is literarum tirocinia posuerit, quasve academias studiorum causa petierit ignoramus, sed hoc certum est, tam egregie illum juris studio operatum esse, ut non solum licentiam summos in utroque jure honores capessendi, sed etiam facultatem causas in judicio imperii supremo, quod tum Spiram illustrabat, agendi consequeretur. Qua duplici prærogativa honorum ornatus Bipontum appulit, ibique d. XVIII Jun. an. seculi decimi sexti LXXXXVIII uxorem duxit, *Danielis Obernheimer*, consiliarii cameræ solertissimi, filiam, *Catharinam*. Quum sic in notitiam principis virorum doctorum amantissimi Joannis I venisset, contigit ipsi, ut in consiliariorum ordinem legeretur, quo munere ita deincepsungebatur, ut magna passim virtutis & prudentiæ opinione floreret, præsertim autem heris suis existeret

---

(a) In schediasmate sæpius jam laudato, p. 21 sq. n. V.



steret carissimus. In lite certe illa acerrime de cœnobii Hornbacensis violenta occupatione gesta prudens jam senex oratoris partes aliquoties magna cum gravitate egit; unde fere suspicor, eundem scripti publici, quod in vita decessoris laudavimus, præcipuum fuisse auctorem. Itaque dignissimus videbatur, qui a *Schwebelii* obitu an. CIOIOCCXXXV statim pro præside ageret in amplissimo senatu. Tali certe duce opus erat in difficillimis temporibus atque immani hostium furore calamitosissimis (b). Contigit tamen viro optimo ad summam usque senectutem viventi, ut fructus consiliorum ac laborum suorum tandem perciperet jucundiores, atque, qui ducatum viderat florentissimum, eundemque dein miserimum, per pacem Osnabrugensem ejusque articulum IIII § 21 quodammodo pericula gravissima eluctatum, atque duci suo cœnobium Hornbacense cum quarta parte vectigalis Moguntini restitutum cerneret. Causam quidem Bipontinam in ipso ablegatorum ad pacem conventu Osnabrugensi tuebatur vir summus, *Martinus Milagius*, Cancellarius Anhaltinus, mandatis Friderici ducis Bipontini æque & Palatini Lutrensis aliorumque principum munitus (c), & quem sibi ille substituerat *Joannes Geysel* J. U. D. consiliarius Hanoicus (d). Sed nec otiabantur nostri. Quemadmodum enim

R 2

pro-

- 
- (b) Quorum imaginem tristissimam quidem, sed graphice depictam exposuit *Balth. Venator*, ornamentum olim civitatis Bipontinæ, tum in epistola ad *Andream, comitem de Lesno &c.* an. 1637 primum edita, tum in *querimonia de debito non debito adversus Pallantii Moriamæi iniquissimas exactiones & prætensiones*, an. 1649 typis exscripta: quod utrumque scriptum denuo recudendum curavit *G. C. Joannis* in *miscellis hist. Palat. maxime Bipontinæ* p. 153-182.
- (c) cf. hujus viri vitam ad an. 1645 in *Jo. Ludolphi Waltheri indice actorum P. W. cet. Meyerianorum univ.jali &c. Lebensgeschichte der Westphälischen Friedensgesandten* ic. p. 59 sqq.
- (d) Fuerat is comitum Wetteravicorum nomine ablegatus, sed anno ante pacis conclusionem ob adversam valetudinem discessit; quo



procancellarius noster fere octogenarius collegarum consilia tum domi, tum peregre ducem suum secutus (e), dirigebat, ipse omnia dictabat: ita multiplici labore variisque legationibus aulæ tum magister, *Georgius Fridericus Pawel de Rammingen* (f), sæpius cum capitis periculo heri sui mandata fidelissime executus est, ne de aliis (g) dicam, in quibus  
Bal-

---

facto cum ob causam Juliacensem *Matthæo Wesenbecio*, legato Brandenburgico, quem *Geiselius* proposuerat successorem, haud confidere vellent Bipontini per *Jo. Cour. Varenbuhlerum*, legatum Wurtembergicum & Veldentino-Lautereccensem, ea quæ perscribenda forent, curavit: tractatibus tandem de pace exequenda ducis nostri nomine interfuit *Jo. Michael Heintz* consiliarius Palatinus ac Badensis.

- (e) An. nimirum 1647 Fridericus dux ob adversam valetudinem, qua perpetuo conflabat, acidulas Macro Sualbacenses mense Julio petens comites itineris secum duxit, quos haberet a consiliis, procancellarium nostrum, *Jo. Fridericum a Botzheim, & Balth. Venatorem*.
- (f) Distinguendus probe a *Joanne Friderico Pawel de Rammingen*, consiliario id temporis archipalatino, sæpiusque tum ad comitia ablegato, tum aliis legationibus ac negotiis obeundis adhibito. Noster vero *Georgius Fridericus* illi neque prudentia & agendi dexteritate neque eloquentia, neque virtute inferior, unis ducibus nostris patriæque nostræ suam condixit operam, dum in vijs erat. Magisterio ante an. 1554, quo successorem habuit *Casparum Fridericum a Dalhwig* defunctus & archifatræ Tabernæmontani provincia auctus, nihilo fecius reipublicæ & principi suo in gravioribus negotiis inservire perrexit. Circa an. 1680 tandem obiit, relictis ex *Anna Margaretha de Rudesheim*, quæ biennio post vitam dimisit, filiabus heredibus, quarum una *Eleonora Elisabetha Charlotta* nupsit cuidam viro nobili, cui nomen erat de *Bawyr*, vulgo *Bawr*; ex quo matrimonio oriunda est familia *Bawyrriorum* equitum, quæ hodie in Palatinatu floret.
- (g) A consiliis enim tum fuere præter *Botzhemium & Venatorem*, *Jo. Jac. Thysson*, *J. U. D. Nicolaus Boch*, Bitensis quondam quæstoris filius & *Jo. Valent. Dithmari*, consilarii Bipontini



*Balthasar Venator* (h) maxime inclaruit. Ducatus Bipontinus sic quidem ereptus est periculis, neque tamen non deinde illius gubernatio magnis laborabat incommodis, quibus tollendis impares fuisse videntur vires *Neuphardi* octogenarii seniles, & adversa prorsus, qua Fridericus dux perpetuo laborabat, valetudo remedia adferebat nulla. Hinc, credo, illæ querelæ & exprobrationes, quarum plena est allocutio *Balth. Venatoris*, consiliiarii Bipontini, ad collegas nescio quo anno scripta (i). Vitam vero produxit *Neuphardus* ad an. usque CIOIOCLV, quo illatus est sepulcro d. XIII Febr. anno ætatis quinto & octogesimo, funus ducentibus ipsis serenissimis principibus, Friderico duce ejusque conjugè Anna Juliana.

R 3

Ex

---

privignus; *Jo. Henr. Koch f. Coccejus*, J. U. D. Landscribæ quondam Bipontini filius.

- (h) Cujus vitam scite scriptam ab avo meo videas in *miscellis hist. Pal. cum maxime Bipontinae, prae f. ad tria B. Venatoris schediasmata* &c. p. 135-152
- (i) Edidit eam ex Msc̄to apographo avus in *Miscellis* &c. l. c. p. 185-192. Coniicit vero ille, conscriptam fuisse non longe postquam in consiliiariorum ordinem cooptatus erat. Honore autem isto inde ab an. 1646 per sexennium functus est. Arque ipse *Venator*, se inter consiliiarios loco postremum statim in principio profitetur. Ut autem curatius definiam tempus scriptionis, hoc inter an. 1648 & 1652 quærendum esse statuimus, cum & rempublicam prioribus miseriis ereptam & scholam nondum reductam (redux autem illa facta est 1652) dicat. Quamvis autem *Venator* noster an. 1652 præfecturam Meisenhemensem retento consiliiarii honore deinceps gerendam suscipere, quam diutius Biponti versari mauerit, dux tamen ægre eum dimisisse, atque profectionem procrastinasse videtur, testantibus *Venatoris* literis sub finem an. 1653 ad amicum quendam Meisenhemensem perscriptis, quæ mihi sunt Msc̄tæ.



Ex *Catharina Oberheimer*, conjugē lectissima, quam amisit d. II Jun. an. CIOCCXXXV, susceperat præter aliquot filias, quantum novimus, tres filios *Jo. Danielem*, *Wolfgangum Nicolaum* & *Jo. Ulricum*, ex quibus Wolfgangum correctorem s. quæstorem diœcesis Crucenacensis Badensem fuisse, atque d. XXII Dec. an. CIOCLV obiisse cognovimus



Sublato *Neupharo* nemo consiliariorum successit in Cancellarii vel procancellarii munere; atque adeo unus consiliis præsidebat curiæ magister *Caspar Fridericus a Dallwig*, (a) socios illorum habens *Nicolaum Boch* & *Thomam Wittichium* & *Bernhardum a Frieseln*, quem ante Lautereccensis diœceseos præsidem, FRIDERICUS dux suis a consiliis simulque diœceseos Bipontinæ præfectum esse voluit (b). Atque hic maxime post *Dallwigii* discessum (c) regnabat in senatu, haud plane quidem imperitus rerum civilium, sed inquieti ingenii, neque omnino probus. Neque igitur patriæ status in melius mutabatur, imo injuriis Lotharingi militis, qui in arce oppidoque Homburg infederat, perpetuis etiamangebatur (d). Interea *Bernhardus a Frieseln* participem se fecisse videtur consiliorum, quibus dux persuasus dotalitium auctius conjugi suæ, sedemque Meisenhemium an. CIOCLVIII constituerat haud absque injuria heredis proximi agnati, FRIDERICI LUDOVICI Landsbergenensis; qui cum an. CIOCLXI post Friderici excessum hereditatem ducatus Bipontini adiret, haud immerito neglexit illum. Quare *Bernhardus a Frieseln*,

(a) Qui munere illo ornatus fuit d. 4 Jan. 1655.

(b) Diploma institutionis datum est d. 1 Sept. 1654.

(c) Jam enim an. 1660 Simmerensis aulæ & curiæ magisterium tenuit atque archisatrapæ Crucenacensis provincia auctus est.

(d) cf. Orat. nostram de *Homburgo*, *Westrasiano castro* & oppido 1758 Biponti edi cœptam cap. VII, præsertim p. 40 not. (s).



*selu*, ducis viduæ simul magister aulicus, eam secutus, lites de vidualitio, maximeque sede illius male agitari cœptas alere studuit (e), donec tandem iis compositis nescio quas in oras evasit. Adduxerat vero Landsberga secum *Balthasarem Schmidt de Schmidtfeld* (f), virum peritissimum atque integerrimum, eumque aulæ & curiæ Bipontinæ præfecit magistrum. Utebatur etiam consiliis viri tum perantiqua & illustrissima Scotici regni familia tum omnibus ingenii ac vir-

(e) Scriptorum, quæ in hac causa prodire, duo adduxit *G. C. Joannis* in præf. ad *Pareum de scriptt. rer. Palatin.* § X, p. 102, tertium idque postremum ibidem prætermisum hunc habet indicem: *Gründliche Widerlegung der so ohnlängst in Truf ausgesener genanter eigentlichen Beschaffenheit disseitigen Entwurfs, derer zwischen des jetzt Regierenden Herzogen und der Fürstlichen Frau Wittib zu Zweybrücken Fürstl. Fürstl. Durchl. Durchl. oberschwebenden Mißverstände in puncto prætensi dotalittii und vornehmlich wegen des Orts zum Wittumbs-Sitz.* Gedrukt im Jahr 1665.

(f) Cujus majores *Fridericum Schmidt*, Silesium, primum *Rudolfus II* imp. d. 12 Jun. an. 1583 nobilitatis imperii honoribus auxit; *Laurentio* autem jam an. 1533 *Ferdinandus I Cæsar* ob præclare gesta præsertim in obsidione Viennæ Turcica armorum insignia, quæ dein essent gentilitia, indulserat. *Balthasar* noster hisce majoribus per se claris natus novæ familiæ suæ ornamenta attulit, ex quo primum in aulam *Friderici Ludovici*, Landsbergenfis, advenit. Non solum enim in illa inde a d. 1 Aug. an. 1649 magistrum aulæ & præfecturam Landsbergensem administravit, sed etiam dein a. d. 2 April. an. 1662 magister curiæ & archisatrapa dioceseos Bipontinæ, idemque an. 1665 primus præses consistorii reformati ab hero suo constitutus est. Obiit tandem *Schmidtfeldius* & reliquit ex *Joanna Margaretha Stahl de Holstein*, conjugē, unicam filiam heredem *Sibyllam Catharinam*, quæ primum an. 1667 nupsit *Baroni Jacobo de Cathcart a Carbiston*, præfecto stabuli & archiconsistorii præsidi Bipontino, dein *Friderico de Steinkallenfels*, dynastæ in *Buntenbach*, suæ familiæ ultimo.



virtutis dotibus nobilissimi *Jacobi de Cathcart a Carbiston* (g), quem habebat inter suos intimos, atque simul principis sui hæredis in alienas regiones profecturi ephorum kal. Maji an. CIOOCLXII legerat. Post hos confidebat maxime in *Friderici Pastoir*, cujus vitam postea scribemus, prudentia rerum civilium & dexteritate, ut alios taceam, quos vel perpetuis consiliis, vel ubi opus esset, habebat (h). Superavit autem pissimus dux magno labore fere omnes difficultates, quibus respublica Bipontina jam satis diu premebatur, omnesque illius partes reformavit. Effecit certe, ut quemadmodum ab an. CIOOCLXIII ærarii ecclesiastici a fisco distincti administratio sub auspiciis principis rectius gerenda erat, ita quoque, quod inde a P. W. male intermissum fuerat, an. CIOOCLXVI archiconsistorium, quod præesset rebus ecclesiæ reformatæ, salutari surgeret institutione (i). Simili sapientia ac fide ceteras

- 
- (g) Superfedemus jam laudibus hujus viri, quas alibi attingere consultius erit. Redux ex Batavis domum cum Guilielmo Ludovico principe juventutis, præfectura stabuli auctus, sed flebili & violenta morte an. 1668 d. 17 Oct. sublatus est.
- (h) In posterioris generis consiliariis inde a d. 2 Aug. 1662 esse cœpit *Jo. Theodorus Sprenger*, quo dux maxime in causa sua adversus principem viduam Ratisbonæ tuenda usus erat. Sed notior est iste, quam qui a nobis pluribus describendus sit.
- (i) Ex institutione ejus prima, quæ incidit in d. 14 Nov. 1664 assessores legebantur bini ex singulis quatuor diocæsesibus ducatus Bipontini, alter ecclesiæ minister, alter laicus isque presbyter. Sed directio rerumque fere summa esse debebat penes præsidem, ejusque adjunctum. Quemadmodum hic ex sacro ordine legi solebat, ita illam dignitatem tuebatur unus ex primariis consiliariis. Atque omnia hæc officia triennium retineri debebant. Sed infrequentî tempore reunionum & immutati imperii ab hac prima illa institutione subinde discessum est. Præsidis dignitatem tenuere: *Balth. Schmidt de Schmidfeld*, quem ante jam laudavimus, 1665-1667; *Jacobus de Cathcart a Carbiston*, inque ejus crudeliter occisi locum suffectus *Fridericus Pastoir*; consiliarius, 1668-1670



teras reipublicæ adhuc ægræ partes sanare cœpit. Verum quæ superiori seculo patriæ infelicitas, recidit subinde in novas calamitates easque gravissimas. Atque non solum ab an. CIOIOCLXXVI initiis Gallo militi cœpisse esse ludibrio graviusque ab eo adflicta est, sed & post pacem, quæ triennio post Noviomagi composita rebus in provinciis cisrhenanis minime medebatur, imo nova vulnera minabatur, infligebat, adeo tandem oppressa est, ut duci nihil reliquum esset præter constantiam & patientiam, quæ summæ, quæ excogitari possunt, injurias perferret. Lubenter vero abstinemus ab earum enarratione, quæ huic scripto minus videtur apta. Defunctus tandem est vita omnibusque ærumnis kal. April. CIOIOCLXXXI. Postremis hisce temporibus præter magistrum curiæ *Philippum Melchiorum de Steinkallenfels in Steinkallenfels* (k), quatuor tantum consiliarii superstites fuere, qui

S quan-

---

*Bartholomæus Wernigk*, consiliarius 1671-1673 *Georgius Fridericus Pawel de Rammingen* consil. intimus & archisatrapa Novicæstallanus 1674-1676; *Joannes Adamus Sturtz*, consil. cameræ 1677-1690, quo obiit d. 18 Jul. atque post aliquod intervalum illius filius *Joannes Reinhardus Sturtz* consil. regiminis ab 1693, qui obiit 1718. Denuo sub auspiciis Gustavi Samuelis Leopoldi ducis personam præsidis archiconfistorii splendidam an. 1719 assumpsit, *Phil. Frid. L. B. a Schorrenburg* sed ea ipsi an. 1724 in eunte rursus detracta est; quo ex tempore senatus facer caruit præfidentium majori dignitate.

- (k) *Melchior* scilicet a *Steinkallenfels*, qui sec. XVI vixit, ex *Antonia a Koppenstein* tres reliquit filios, *Fridericum*, *Henricum* & *Melchiorum* juniorem; qui singuli parentes evaserunt familiarum diversarum, ille quidem familiam *Steinkallenfelsianam* in *Buntenbach* vertente hoc seculo extinctam, iste familiam in *Affweiler*, quæ etiamnum subsistit in *Friderico* de *Steinkallenfels*, supremo rei venatoriæ magistro; hic tandem familiam *Steinkallenfelsianam stricte dictam*, quæ in *Philippo Henrico* finem habebit. Ex hac autem oriundus fuit *Philippus Melchior*, *Jo. Egenolphi* & *Annae Marg. Schütziæ ab Holtzhausen* filius, natus d. 9 Jun. 1628, ab an. 1661 consiliarius & præfectus *Landsber-*



quantum licuit, rebus publicis curandis præessent, *Fridericus Pastoir*, *Frid Bartholomæus Wernigh*, *Dav. Koenig*, *Jo. Adamus Sturtz*. Defuncto duce, administrationem sibi sumit gloriosissimus princeps Palatinus CHRISTIANUS II, cavendumque sibi duxit, ne tempestate turbulenta prorsus percelleretur res publica Bipontina. Is vero non modo consiliarium numerum auxit, evocatis, quos haberet fidos comites, *Zangio*, *Ehrentrautio*, *Hienio* ceterisque; sed magisterium curiæ commutavit præsidis dignitate, eamque reliquit *Steinkallenfelsio*, cui an. CIOICLXXXI defuncto successit N. N. *Zangius*, antea consiliarius regiminis. Verum facies rerum a Christiano II duce superinducta rursus commutari cœpit, quum CHARLOTTA FRIDERICA, princeps Bipontina vidua, regis Suecorum, tanquam ducis Bipontini, jussu an. CIOICLXXXIII adiret administrationem. Tum quidem resurrexit procancellarii officium in *Friderico Pastoir*, cujus vitam adumbraturi sumus.

## XIII.

Post XXXX igitur annorum intervallum procancellarii honos rursus obtigit viro majorum imaginibus & propriis laudibus illustri deque palatina æque & Bipontina re publica optime merito, FRIDERICO PASTOIR. Quis enim rerum patriarum studiosus ignoret illius avum *Gerhardum Pastorium*, Coloniensem (a), ex familia Aquisgranensis civitatis patricia  
*Pasto-*

---

gensis, ab an. 1665 archifatrapa Meisenhemensis, ab an. 1670 consil. intimus, & curiæ magister, ab an. 1681 præses appellatus, obiitque d. 23 Aug. 1691 Heidelbergæ, ubi fratrem *Casimirum Henricum*, consil. intimum & Mareschallum archipalatinum, ægrotantem inviserat. Inter alios filios superstitem habuit *Carolus Casimirum*, consil. intimum & præsidem regiminis Sponhemici, prædicti Philippi Henrici patrem, d. 29 April. 1722 defunctum. Plura alibi dicentur.

(a) Quem d. 16 Aug. 1534 Coloniae natum, judicii aulici electorum



*Pastoriorum a Birrbaum* (b) oriundum, cujus gloria vigebit memoria perenni, quoad res præclare a Friderico III, Ludovico VI, Johanne Casimiro & Friderico III in Palatinatu gestæ celebrabuntur? quis non noverit *Georgium Fridericum*, illius filium, *Friderici* nostri patrem, virum omnibus artibus ornatissimum, atque tum civitatis palatinæ, tum Bipontinæ ornamentum (c)? Quem tandem lateant *Joannis Friderici*

S 2

Schloeer,

Pal. assessoris, summi consilii collegæ, procancellarii ac tandem Cancellarii archipalatinus honoribus auctum, d. 19 Nov. 1592 obiisse, docet elogium sepulchrale, quod legitur in *M. Adami Apogromonum. Heidelberg. p. 31.*

- (b) Agnomen hoc nomini illorum gentilitio subjunctum fuisse iis quondam sollemne, docuit me collega conjunctissimus, *Fridericus Exter*, cui aliquando oculis lustrare contigit, utinam & in suos usus adhibere liceat, Mfcta quædam egregia *Pastoriorum*.
- (c) Natus is *Gerhardo* Cancellario ex secunda conjugè *Margaretha Regensperger*, d. 18 Jul. an. 1578 (cf. *Herzogii Chron. Alsat. L. X, p. 232*). Absolutis, quorum Heidelbergæ, & deinde Sedani, Nemausi præcipuum habuit auctorem ducemque *Julium Pacium a Beriga*, Ictum literatissimum, studiis redux; Heidelbergæ summos in jure honores an. 1601 meritus est. Atque ipsum cum egregia doctrina conjunxisse sinceram pietatem, quodam modo jam declarat numisma argenteum ovatæ speciei,  $5\frac{1}{2}$  Q. anno 1604 illius in memoriam cufum, quod tractavit vir clar. *Frid. Exter*, Heidelbergæ. Antica offert effigiem *Pastorii*, sinistrorsum versam, capite nudo, tonsisque capillis, focali in plicas contracto, vestitu variegato, marginem vero inscriptam: GEORG FRIDERICH PASTOR DER RECHTEN DOCTOR. Postica habet dictum biblicum: CHRISTUS IST MEIN LEBEN STERBEN IST MEIN GEWINN in quinque lineas distinctum, in corona laurea, atque in segmento annum 1604. Forte is cufus in memoriam recuperatæ valetudinis, ac simul votivus est. Ceterum *Georgius Fridericus* tum archipalatinorum principum, tum Bipontinorum ducum a consiliis fuit. Heidelbergæ quidem judicii aulici consiliarius non modo fuit, sed & judicii supremi vicariatus a Joanne II Bipontino, Administratore & Vicario S. R. I. lectus, imo etiam electioni



*Schloer*, quem noster habuit avum maternum, & *Wendelini Regensperger*, quem idem habuit avæ paternæ parentem, illustria nomina? Atque talium virorum sanguine cretus *Fridericus* noster easdem, quibus illi florere laudibus, cupide persecutus, feliciter assecutus est. Natus autem ille erat d. XXII Dec. an. CIOIOXXXV Metis, quo ipsius pater, *Georgius Fridericus*, ducem suum Joannem II, Biponto profugum ibidemque dicto anno defunctum, secutus erat cum uxore *Maria Margaretha Schloeria*. Puer mirificæ indolis patre præstantissimo mature orbatus, cura matris, feminæ laudatissimæ, altus liberaliter tirocinia posuit in Gymnasio Neostadiensi, ex quo ab anno CIOIOCL Argentoratum, inde anno sequenti Herbornam profectus ingenium egregie in omnibus artibus, maxime juris disciplina exercuit. Anno LVII restitutam academiam Heidelbergensem petivit, ibique summis in jure honoribus omnino dignus visus est, sed, hortante licet *Dav. Chumone*, J. U. D. & Prof. ab iis consequendis ratione temporum habita prudenter animum abstinuit, ornamentis doctrinæ magis dives, quam illius insignium ac titulorum cupidus. Ea ætate quum *Fridericus Ludovicus*, palatinus Landsbergenfis, agnati electoris, Caroli Ludovici, cæsaris eligendi causa Francofurtum profecti, vices ageret, innotuit principi sagacissimo doctissimoque Juvenis ad rempublicam natus factusque. Ille igitur nostrum sibi comparare studens a suis secretis esse jussit an. CIOIOCLVIII. Neque eum spem magnam de *Pastorio* conceptam fefellisse, docent res gravissimæ ejus consilio, ore manuque gestæ.

Anno

---

Cæsaris interesse tanquam ablegatus jussus est; Biponti autem Joanni II duci ejusque viduæ egregiam præstitit operam, neque ullis laboribus parcere visus est, præsertim temporibus periculorum & miseriarum plenis. An. 1639 tandem domicilium transtulit Neapolim Nemetum, ubi prædio dives erat, ibique laboribus confectus vitam finivit laudatissimam d. 7 Jan. 1645.



Anno insequenti LX, quum dux tertiam suam juris Bipontini in successione Juliacensi partem Philippo Guilielmo duce Neoburgico pro certa pecuniæ summa cedere mallet, quam longiori mora aut negligentia omnes illius perdere fructus(d),

S 3

comi-

(d) Quum enim per P. W. Art. IV § ult. causa Juliacensis ordinario processu coram cæsare vel amicabili compositione vel aliollegitimo modo ventilanda esset, Bipontini quidem eodem statim anno, quo pax confecta est, jus suum denuo demonstrarunt edita *succincta & solida conjectione &c.* quæ stilo certe *Venatoris* exarata videtur; iterumque cum an. 1653 per rescriptum cæsareum competitorum ad causam suam coram iudicio cæsareo aulico persequendam excitarentur, *veram ac perspicuam demonstrationem causæ Juliacensis successione &c.* cujus auctorem ignoramus, tum latinæ, tum *Venatoris* opera germanice versam ediderunt. Verum beatiore erant possidentes illis, quibus nihil reliquum erat præter disceptandi libertatem; vide scriptorum eristicorum ex parte Bipontina editorum indices in *Bibliotheca deductionum Länigio-Fenichia* P. I, p. 691 sqq. Postquam vero ex parte Brandenburgica per *Erasmus Seidelium* Bipontinis responsum fuit an. 1655 scripto peculiari, cujus index est: *Refutatio solida prætensionis Bipontinae in provincias Juliacensem &c.* nihil amplius publice regefferunt Bipontini, qui maxime privilegio Carolino an. 1546 nitebantur. Fridericus igitur Ludovicus optimum fore ratus, jura sua in usum convertere, primum tertiam juris sui partem Landsbergensem d. 28 Aug. 1660 vendidit Philippo Guilielmo, duci Neoburgico, deinde eidem pari titulo aliam partem sextam juris Bipontini, quæ ipsi post Friderici ducis an. 1661 absque hereditibus defuncti mortem obtigerat, nova pactioe d. 20 Maji an. 1667 Grimlingshusæ cessit. Quum vero pacto illo celebratissimo inter principes possessores provinciarum Juliacensium, electorem Brandenburgicum & ducem Neoburgicum, d. 9 Sept. 1666 Clivæ inito, Brandenburgicus in se recepisset, se debitorum conventorum futurum esse participem: Fridericus Ludovicus dux sibi statim alio recessu d. 10 Febr. 1668 Landsbergæ facto ita cavendum duxit, ut cum elector tergiversaturus esset, Neoburgicus dux in solidum obligaretur. cf. *Historischer Schauplatz aller Rechtsansprüche auf Jülich &c.* Frkf. u. Leipzig 1739, § 61, p. 239 *Roussel histoire de*



comitem legit *Pastorium* suum, qui cum ipso tractatibus ea de re Hambaci in provincia Juliacensi habendis interesset. Augebantur autem curæ & labores *Pastorii* maxime ab an. CIOCLXI, quo FRIDERICUS LUDOVICUS dux imperium ducatus Bipontini adiit, idemque litibus gravissimis atque infinitis molestiis premi cœpit. Collapsa enim fere erat respublica, patria exhausta, æs alienum grande, fides atque virtus pene exul, in ecclesia fere nulla videbatur salus, undique calumniæ & insultus, quibus optimus princeps oppugnabatur. Verum *Schmidfeldii*, magistri curiæ, integritas atque fortitudo, *Pastorii* consilium fidesque adjuvabant principis institutum reformandi rem publicam & sacram; maxime vero *Pastorius* legationibus obeundis duci suo egregiam præstitit operam (e); atque ubi domi erat, a latere erat principis tanquam sanctior consiliarius (f); unde & factum est, ut an. CIOCLXVIII *Jacobi de Cathcart* præsidis archiconistorii, indigna nece trucidati (g) in locum sufficeretur;

---

*la succession &c.* Tom. II lit U & V & deductionem Bipontinam in hac causa jussu Gustavi Sam. ducis an. 1727 editam (in *Sabri Staatskanzlei* 10. parte LIX & sq.) adjunctamque literis ad imperatorem datis d. 16 Jan. 1730.

- (e) Viderant illum Cæsarea, Gallica, Moguntina, Archipalatina, Spirensis, utraque Badensis, Isenburgica & Liningensis Hartenburgica aulæ, virumque miratæ sunt. Ad hæc sæpissime in negotiis gravissimis expediendis peregre erat, adeo ut rarius domi esse ipsi liceret.
- (f) Præter eum interioris erat admissionis *Fridericus Bartholomæus Wernigh*, primum a secretis, dein a consiliis, rei civilis scientissimus; qui cum filio nobilitate auctus nomini gentilitio subjunxit cognomen *de S. Ingbrecht*. Obiit vero ille d. 24 Jun. 1716 & reliquit virtutum novique nominis heredem *Aemilium Casimirum Wernigh de S. Ingbrecht*, consil. intimum Bip. d. 13 Oct. 1732 defunctum.
- (g) Is scilicet an. 1668 ad principem Valdemontium, copiarum Lotharingicarum ducem missus, maleficia questum & injurias, quibus Bipontinam provinciam in transitu affecerant, in reditu ab



tur; quo munere per biennium & quod excedit, laudabiliter functus. Circa an. autem CIOIOCLXXX cum a duce suo iterum Heidelbergam ablegatus mandata mira cum dexteritate executus esset, Carolo Ludovico electori doctrinæ amantissimo tantopere se probavit, ut is virum eximium sibi conciliare quam maxime studeret. Neque tamen *Pastorius* statim deferere herum suum aut honestissimas condiciones accipere voluit, nisi illo approbante, cujus prudentiæ suam ex parte peritiam reipublicæ acceptam referebat. Atque dux bonus, pro eo, quo *Pastorium* complexus erat, amore, non solum facultatem abeundi lubens concessit, sed etiam in ejus bono lætatus est. Itaque tum ab electore protinus evocatus est, qui in amplissimo regiminis senatu & consiliarium & procancelarium ageret (h); cui gravissimo officio ea prudentia, fide & innocentia præfuit, ut etiam post obitum Caroli electoris, qui consiliis Langhansii pessum de virtute sua deiectus erat, quum serenissimus Philippus Guilielmus imperium in Palatinatu electorio susciperet, in statione sua permanere juberetur. Obtinuit eandem quoque sub hujus filio, Joanne Guilielmo ad finem usque an. CIOIOCLXXXII. Verum sequenti anno, cum infinita illa calamitas Heidelbergæ maxime urbi a Gallis inferretur, *Pastorius* fuga salutem petens Herbornam petiit ibique fere biennium exul vixit.

---

conjuratis quibusdam ex isto militum agmine præfectis cis villam Webenheim, ex inopinato oppressus, multisque vulneribus acceptis indignissime obruncatus est.

- (h) In homilia quidem funebri ejus honori dicta hæc accidisse dicuntur an. 1681; sed eundem jam ante, & quidem, dum Carolus Ludovicus elector in vivis superesset, officia in curia archipalatina suscepisse, docet quædam illius consultatio d. 12 Aug. 1680 scripta dictoque electori exhibita, qua in remedia inquirunt, quibus Fridericoburgi s. Manheimi incolæ aeris intemperiem minuere sibi-que a morbis cavere debeant, an. 1761 demum typis edita.



vixit. Anno tum LXXXXV ineunte gloriosissimus Suecorum Rex, dux Bipontinus, CAROLUS XI, ipsum evocavit, qui consilii Bipontini præsidem, titulis procancellarii illustrem, in utroque & regiminis & cameræ collegio ageret. Advenit igitur mense Junio dicti anni Meisenhemium, ubi tum fedes atque domicilium erat curiæ Bipontinæ; ibique dignitatem suam maxima cum laude exercere cœpit. Quodsi profecto cogitamus, quot quantaque negotia tractatus pacis Risuicensis & libera omnino ducatus Bipontini restitutio paciscenda (i), successio Veldentina controversa (k) civitatis Bipontinæ per tristissima diuturni belli tempora afflictæ recreatio (l), cetera, postulaverint, facile intelligimus, quanta fue-

- 
- (i) Superfedemus uberiori eorum commemoratione, quæ in hac causa gesta sunt, quum satis disputata sint in *Christiani Agricola Disp. de clausula Artic. IIII pacis Risuicensis eaque ad ducatum Bipontinum non pertinente &c.* Ratisbonæ an. 1766 edita.
- (k) Quanta contentione hæc lis disceptata fuerit, arguunt quamplurima scripta eristica, quæ inde ab an. 1694 ad an. usque 1727 prodierunt. Sed ista controversia demum in conventionione Manhemensi de successione Bipontina plane sopita est. Meretur vero historia hujus controversiæ plenius enarrari, quam ab ill. *Struvio in formula succ. Palat. Sect. III § XI-XX* factum est. Indices scriptorum, quæ prodire, haud tamen omnium, interea vide in *Bibliotheca deductionum Lunigio-Jenichiana*, P. II, p. 309-312. Non possum tamen quin observem, Suecorum regi Carolo XII, an. 1698 oblatam esse a *Jo. Lud. Zollmann*, consiliario aulico Vinariensi, deductionem amplissimam juris Sueco-Bipontini, quæ tamen a fenatu Bipontino diligenter examinata lucem non vidit; sed ejus loco editam esse, auctore *Frid. Barthol. Wernigk*, aliam, cujus index incipit: *Gründliche mit unverwerflichen Titulis und päctis familie verificirte und belegte Species facti samt summarischer Deduction*, daß u. Gedruft im Jahr 1698 itemque 1699.
- (l) Quem in finem multæ eaque egregiæ ordinationes prodire, quibus indigebat res publica & civilis & sacra. Maxime notari meretur amplior illa, quæ ad rem pupillarem pertinet: *Vormundschafts-Ordnung* u. an. MDCCI.



fuerint & etiamnum sint de republica nostra *Pastorii* merita, ab omnibus, qui patriæ amore flagrant, nunquam non cum pietate celebranda. Tandem, quum produx regius, *Gabriel Oxenstierna*, comes, Thuronis filius, anno seculi superioris LXXXVIII advenisset, atque domicilium imperii de integro hac in urbe collocasset, transtulit etiam Procancellarius noster sedem suam Bipontum, ibique de statione vitæ ac muneris decessit d. XXVI Nov. an. CIOIOCCI, febre hecetica consumptus, anno ætatis prope LXVI (m). Conjugem duxerat d. XXI Novembris anno CIOICLXIII Heidelbergæ, Annam Mariam, Paulo *Strasburg*, Suecorum regum quondam a consiliis status & ad Turcarum imperatorem ablegato (n) ex Anna Catharina, Ludovici *Camerarii*, Suecorum regum consiliarii intimi & legati apud Belgii fœderati ordines, filia natam. Reliquit eam viduam ac simul ex liberis superstites tres filios filiamque unam de quibus dicere superfedemus, gentem Pastorianam in tabula genearchica (o) repræsentasse contenti. Denique subjungimus elogium, quo illius memoriam laudesque in templo primario, reformatorum sacris destinato, consecrandum curarunt vidua liberique superstites, interprete *Phil. Ludovico Pastoir*, tum in academia Rinteliensi historiarum & eloquentiæ, post in Heidelbergensi Professore, qui absque liberis ipse d. 1.

T

Jun.

- 
- (m) Concionem funebrem d. 29 Nov. dictam ab antistite & pastore Bipontino *Wilbrando Moellenthal*, habemus Biponti 1702 excusam, ex qua plurima delibavimus, quæ ad vitam Procancellarii pertinent.
- (n) Quam legationem ipse descripsit in *relatione de Byzantino itinere ac negotiis in Ottomannica aula peractis &c.* in monum. piet. ac liter. p. 185-226.
- (o) In qua exaranda maxime adiutus sum liberalitate venerandi senis *Jo. Philippi Schwebel*, Icti, qui cum musis atque virtute vitam coelibem Cussellis agit, atque *Pastorii* nostri ex filia nepos, & *Henrici Suebelii* Cancellarii atnepos est.



Jun. an. CIOCCCLX vitam finivit (p), atque heredem universalem scripsit neptim ex fratre Amaliam, viro quondam illustri *Joanni Henrico Carolo de Lils* nuptam, cum maxime viduam.

XVI.

## BEATIS. MANIBUS.

SINCERA. IN. DEUM. PIETATE. VIRI. CUIQUE. AUGUSTISSIMUM.  
 IN. REGEM. SUUM. PERENNI. TUM. FIDE. TUM. OBSEQUIO. NIHIL.  
 ERAT. SANCTIUS. IN. AMICOS. INTEGRITATIS. ET. CONSTANTIAE.  
 LAUDE. NIHIL. ANTIQUIUS. IN. SUOS. AMORE. SUMMO. NIHIL.  
 CARIUS. EORUMDEMQUE. DILIGENTISSIMA. DIGNISSIMAQUE.  
 PARENTE. CURA. NIHIL. JUCUNDIUS. QUI. HOSTIBUS. SUIS.  
 SI. QUOS. NULLA. TAMEN. SUA. CULPA. HABUIT. MEMORANDAM.  
 PRAESTITIT. AEQUANIMITATEM. ATQUE. MANSUETUDINEM.

MIRA. IN. OMNES. HOMINES.

HUMANITATE. INGENIQUE. FACILITATE.

FUIT. IS. SED. EHEU. FUIT.

FRIDERICUS. PASTOIR.

REGIMINIS. SUECICI. IN. DUCATU. BIPONTINO.

PROCANCELLARIUS.

HIC. METIS. NATUS. ANNO. SALUTIS. NOSTRAE. M.D.C.XXXV.  
 EGREGIIS. SANE. ILLUSTRIBUS. QUORUMQUE. NUMERUS. INIRI.  
 NEQUIT.

INTER. HAEC. TRISTIA. CALAMITOSAQUE. TEMPORA. CUMULATUS.  
 A. DEO. BENEFICIIS.

QUAE. ILLI. MORTEM. SERIO. MEDITANTI.

SOLA. ERANT. MEDITATIO.

HAC. IN. URBE. AD. D. XXVI. NOVEMBR.

A. O. R. M. D. C. C. I. VIVERE. DESIIT.

FIDELISSIMO. AD. MORTEM. USQUE. CONJUGI.

OPTIMOQUE. PARENTI. HOC.

PIETATIS. OBSEQUII. AMORIS. NEC. UNQUAM. INTERMORITURAE,  
 FIDEI. MONUMENTUM. POSUERE. VIDUA. UTRISQUE. SEXUS.

LIBERI. NEPOTES.

INTERPRETE.

FILIORUM. QUI. SUPERANT. PRIMOGENITO. PHILIPPO. LUDOVICO.  
 PASTOIR. IN. ACADEMIA. RINTELENSI. PROFESSORE. HISTORiarUM.  
 AC. ELOQUENTIAE. ORDINARIO.

(p) cf. Sammlung einiger Beyträge, so zur Erläuterung der Pfälzisch-  
 allgemeinen besonders aber gelehrten Geschichte dieses Landes ge-  
 hörig 11, 1761 p. 20 & 21.







„ Spiritum vitalem hausit Suerini die VI Januarii anno  
 „ MDCXLIX. Patrem habuit *Danielem Nicolai a Greiffen-*  
 „ *crantz*, ducis Mecklenburgensis tum a consiliis sanctiori-  
 „ bus, postea vero Sueciæ regis in Bremensi & Verdenſi du-  
 „ catibus Cancellarium: matrem *Sophiam de Lippe*. Quo-  
 „ rum cura liberaliter educatus, & non pœnitendis huma-  
 „ nioris doctrinæ subsidiis instructus, in academiis Lipsi-  
 „ enſi, Gieſſenſi, Jenenſi, Helmſtadienſi, & Lugdunenſi in  
 „ Batavis, juris civilis perinde ac publici se dedidit disci-  
 „ plinæ, eique bonarum mentium ardor est, tanta opera-  
 „ tus est industria, ut magnam passim de se spem excitavit.  
 „ Anno MDCLXXII Holmiæ inter nobiles regis aulicos, qui  
 „ Latinis olim purpurati dicebantur, receptus, fide, dexte-  
 „ ritate, morumque suavitate, tantam apud omnes, Re-  
 „ ginam præcipue matrem, collegit gratiam, ut ab hac  
 „ fratri serenissimo, Christiano Alberto, duci Holfato Got-  
 „ torpienſi de meliori commendaretur. Abs quo non solum  
 „ an. LXXVII consiliariis aulicis adscriptus, verum etiam  
 „ paulo post delegati extra ordinem ad aulam Gallicam  
 „ Parisios, & cæſaream Viennæ (ut alias taceam) missus  
 „ est (b). Inde principis Frisiæ orientalis se addixit mini-  
 „ ſterio, consilarii intimi & satrapæ Eſenſis honore auctus,  
 „ & tum maximi momenti negotiis, tum variis ad cæſa-  
 „ rem, pluresque imperii principes delegationibus adhibi-  
 „ tus est (c). Tandem anno MDCCIV a gloriosissimo Sue-  
 „ corum

---

„ *mone gallico scriptam*. Ille vero in mantissa miscellaneorum  
 „ Leibnitianorum § XXIII, p. 421: *Greiffencrantzius, consilia-*  
 „ *rius intimus principis Ostfrisiæ, in genealogicis versatissimus,*  
 „ *multa communicavit Imhofio. Perreptaverat manuscripta du-*  
 „ *Bouchet, celebris Genealogi, cum esset Parisiis, quæ post ejus*  
 „ *mortem dissipata, narrante Hozierio.* „

(b) Quæ omnia confirmantur testimonio *Imhofi* modo allato.

(c) Dum principi isti addictus esset, scripsit litteras ad diversos eru-



„ corum rege , litteris solemnibus Jaroslaviæ d. V Augusti  
 „ datis, regiminis in ducatu Bipontino Cancellarius desig-  
 „ natus, amplissimi hujus muneris anno proximo in se fu-  
 „ scepit partes , easque ad annum usque MDCCXV, quo  
 „ obiit, magna cura, studioque sustinuit (d). Obiit autem  
 „ d. IX Augusti (non III, ut *Grundmannus* in *urnis defun-*  
 „ *ctorum* per anni MDCCXV semestre posterius n. 20 p. 748  
 „ tomi III miscellaneorum Lipsiensium habet) & XI dicti  
 „ mensis die cryptæ sepulcrali in templo Carolino illatus  
 „ est(e). Bis contraxit matrimonium, I) anno MDCLXXXIII  
 „ cum *Salome ab Utermarck*; & ea XXI ab celebratis nup-  
 „ tiis die immatura morte extincta, II) an. MDCLXXXVIII  
 „ cum *Margaretha Constantia de Pestalutzi*, ex qua unicum  
 „ sustulit, ac moriens reliquit filium, *Christianum Albertum*  
 „ *Fridericum Philippum*, tum Biponti inter milites præsi-  
 „ arios centurionem. Magna de cetero vir fuit eruditione,  
 „ memoria perquam felici, nec minore in doctrinarum qua-  
 „ rumlibet studiis diligentia; consilio adhæc, reque gerenda  
 „ promptus, quippe multo exercitatus usu; tum vero mori-  
 „ bus humanus, conversationis jucundæ, salibusque libe-  
 „ rali-

T 3

ditos magni nominis, quas ante hos XV annos in lucem edidit vir illustris, seculi hujus ornamentum, *Frid. Car. de Moser* in *collectione: Diplomatische und Historische Belustigungen. 2ter Band* p. 199-368.

- (d) Laudandus tamen magis ab ingenii & doctrinæ ornamentis, peritiaque res publicas tractandi ac legationes obeundi, quam pragmatici & rerum civilium consulti hominis prudentia ac dexteritate.
- (e) In quo tum ipsi oratio funebris dicta est a *Christophoro Richter*, pastore eccl. Evang. Lutheranæ, quæ dein Biponti excusa est. Atque curriculum vitæ illi subjunctum fere omnem materiam hujus elogii suppeditavit. Habuit tandem tum Cancellarii nostri familia suam peculiarem cryptam, his verbis inscriptam: CRYPTA GREYFFENCRAINTZIANA IN QUA SITAE PARTES EAE QUAE FUERUNT.



„ rilibus admodum perspersæ : ceterum frugalitatis parcæ,  
 „ utpote non nescius, quam magnum vectigal parsimonia  
 „ esse soleat. Cum præstantissimis nostri temporis eruditis  
 „ commercium aluit litterarium (f); *Leibnitio* in primis;  
 „ quod

---

(f) Inter quos præter *Leibnitium* & *Imhofum* eminent *Gebhardus ab Alvensleben*, *Joh. du Bouchet*, *Dan. a Nessel*, *Cour. Berth. Behrens*, *Jo. Justus Winckelmann*, historiæ maxime genealogicæ studio illustres, ut ceteros taceam, omnis ordinis proceres & eruditissimum quemque, quod jam ex commercii epistolici parte a perill. *Mosero* edita apparet. Denique eo post *Gabr.* comitem *Oxenstierna*, producem haud facile studiorum suorum patronum & auctorem habuit benevolentiorum *Georgius Christianus Joannis*, Professor tum Bipontinus, cujus favoris, vel etiam familiaritatis testes etiamnum habeo literas, quas *Greiffencranzius* ad avum meum an. 1707 & seq. dedit plures, ex parte dignas, quæ luce donentur. Atque idem primus avo meo auctor extitit suavorumque animadversionum in *Tolneri* historiam Palatinam conscribendarum occasione litis de successione Veldentina, monente maxime & agente Cancellario instauratæ. Ipse quidem Francofurtum an. 1707 abiit cum ablegatis archipalatinis ea de re coram arbitris transacturus. Verum nestebantur isto non solum anno moræ, sed anno quoque insequenti impedimenta obiiciebantur, quo minus tractatus etiam inirentur; cf. avi mei præf. ad animadvers. specimina duo in miscellis hist. palat. & *Struvii* form. success. Sect. III § XVII. Nulla quoque res in opinione dubia aut incerta occurrit *Joanni*, in qua non *Greiffencranzium* consuleret, quemadmodum & hic illum audire solitus erat. Haud mediocrem quoque laudem *Greiffencranzio* nostro, quod illum maxime studii genealogici colendi auctorem se habuisse, falsus est ingenue summus in illo, *Jo. Dav. Koelerus*; quod & novissime in hujus vita refert vir clarissimus & Biographus egregius, in *abbildungen und Lebensbeschreibungen* Vol. II, coll. II, n. XXXIX, p. 243: Er folgte auch diesem Herrn (Baron von Strahlensheim), da er General Gouverneur des Herzogthums Zweybrücken geworden war, in dasselbe; wo er in der Hauptstadt gleiches Namens vor dem Canzler von Greiffencranz, und dem gelehrten Schriftsteller Johannis eine Anleitung zur Genealogischen Wissenschaft bekam.



„ quod ne a tineis & blattis eorum inter manus, qui ejus-  
 „ modi *νεμιηλια* haud curant, consumatur, optandum est (g).  
 „ Epistolarum unam, quam ad *Leibnitium* dedit, reperies  
 „ in *Miscellaneis* Leibnitianis, n. v, p. 15-17, cui tamen edi-  
 „ tor *Fellerus* perperam annum MDCXCV apposuit, cum  
 „ scripta sit anno sequenti XCVI, quippe quo princeps Caro-  
 „ lus Josephus de Ligne, regis Portugalliae tum ad caesa-  
 „ rem legatus, comitem de Halleweil conducti cujusdam  
 „ sicarii opera (de quo assassinio *Greiffencranzius* in ea) in-  
 „ teremit. „



Greiffencranzio defuncto senior consiliariorum *Joannes Reinhardus Sturtz* (a) senatus amplissimi consilia atque cancellariae negotia direxit per tres annos, anno autem hujus seculi XVIIIe vivis ereptus locum reliquit *Gabrieli Davidi ab Hiemburg* (b), qui ad dignitatem Cancellarii adfectans iter Holmiam

- 
- (g) Eventus nondum satis respondit huic optato. Frustra enim in *G. Leibnitii* epistolarum ad diversos, a *Chr. Kortholto* an. 1735 Lipsiae editarum vol. 1, quo epistolae etiam historici argumenti continentur, literas tum ab *Leibnitio ad Greiffencranzium*, tum ab hoc ad illum scriptas quaeras. Nonnullas vero, easque numero novem inde ab an. 1695 per quadriennium scriptas multaque doctrinae varietate refertas communicavit *Moserus* l. c.
- (a) Is quidem patre *Jo. Adamo Sturtz*, consiliario fisci Bipontini & consistorii reformati praeside d. 1 Oct. st. v. 1660 natus, inde ab an. 1687 Charlottae Fridericae, principis viduae a consiliis esse coeperat, ac dein ab an. 1693 a consiliis regiminis Bipontini esse jussus est, tandem d. 4 Febr. 1718 diem obiit supremum, relicto paterni nominis haerede *Carolo Sturtzio*, qui muneribus publicis amplissimis ornatus vitam d. 17 Febr. 1767 finivit.
- (b) Cujus nomen antea fuerat gentilitium *Burgkmann*, quam a rege Suecorum nobilitate donatus esset. Ceterum vir erat litterarum amantissimus.



miam suscepit, sed antequam eo venisset, de regis Caroli XII morte immatura certior factus animum ad nos redeundi abiecit. Quo pacto dein *Fridericus Philippus Schorrius* s. *de Schorr*, prærogativa post liberorum imperii Baronum & novo nomine *de & a Schorrenburg* auctus ad dignitatem præfidis adscenderit, sed anno ineunte XXIII. muneribus omnibus destitutus fuerit, supra jam memoravimus (c).

## XVI.

Qui *Schorrenburgii*, primarii reipublicæ administri exuviis ornatus fuit, haud quidem præfidis, sed Cancellarii titulo illustris, *DAVID HAUMUELLERUS A MUEHLENTHAL*, proxime quidem a nostra memoria abest, atque sermone hominum celebratur, sed secum nomen & familiam alio transtulit, ita ut parciore mihi in ejus vita enarranda condonandum sit. Lucem vero is primum adspicere cœperat *Dirmstenni*, veteri ditionis *Wormatiensis* vico, an. *CIOIOCLXXXVI*. Patre quidem usus est, ex familia *Basiliensi* antiqua oriundo, *Jo. Matthia Haumüllero a Mühlenthal*, qui superiori seculo in *Palatinatu consiliarii & commissarii provincialis* muneribus conspicuus fuit, dein ineunte hoc seculo consiliarii fantioris

- 
- (c) In vita *Schorrii*, qui inter Cancellariis tertius fuit p. 23 not. (a). Quod reliquum est, addimus, ipsum auctorem fuisse scripti eristici, quo *Anvillanorum* prætensa jura immunitatis a censu pensionibusque annuis confutata sunt an. 1723 excusi, cujus indicem vide in *curis poster. in Pareum, Miscell. hist. Palat. Bipont.* p. 206 § 10. Quibus modis idem de rebus reformatorum restituendis & stabiliendis bene mereri studuerit, ex scriptis publicis, quæ ab an. 1719 prodire, notissimum est.
- (a) Grato profiteor animo, liberalem viri ampl. *J. F. Miegii*, consiliarii eccles. & matrim. *Heidelbergensis* animum, quo sua sponte mihi copiam eorum fecit, quæ ad Cancellarii nostri memoriam illustrandam pertinentia existimavit.



etioris ac vicarii præsidis & senatus ecclesiastici, & collegii, cui redituum sacrorum administratio curæ est, honoribus magis illustratus est, denique ex conductione bonorum ecclesiasticorum famam divitiasque meruit (b): matre vero, *Martha, Wendelini de Schmal*, supremi copiarum Palatinarum recensio ac stipendiis quondam præfecti, filia. Ingenio ad artes natus excellentiori, mature studia bene in initiis doctrinæ posita in academiis exterarum gentium amplificaturus petiit Basileam, Argentoratum, Jenam & Lugdunum Bavorum. Redux inde multiplici ornamentorum genere auctus mox inclarescere, atque rebus familiæ suæ cavere cœpit una cum fratribus, quorum alterum natu majorem, alterum minorem habebat. Sacris tum commutatis, & commendatione potentissimi electoris Palatini, & suis artibus a duce nostro, serenissimo quondam GUSTAVO SAMUELE LEOPOLDO facile impetravit, d. XX Maji an. CIOCCCXXIII, ut duplicem & cubicularii nobilis & consilarii regiminis honorem consequeretur (c); quo ex tempore apud nos præ ceteris florere cœpit ingenii, doctrinæ, & eloquentiæ cum dignitate conjunctæ laudibus. Itaque, quum, post *Schorrenburgii* exilium, senatus amplissimus præside egeret, ita *Haumüllerus* inter collegas eminere visus est, ut consilarii intimi & Cancellarii amplissimas dignitates præter archisatrapiam Bipontinam, quam paulo ante jam adeptus erat, d. IIII Maji anno CIOCCCXXIII adire juberetur (d). Qua quidem persona  
 V indu-

(b) Vide de eo *Struvii Bericht von der Pfälzischen Kirchenhistorie passim.*

(c) Eodem die cum *Haumüllero* in senatum introducebatur vir ampl. *Michael Philippus Weber*, qui foret a secretis consilii sanctioris & regiminis. Sed is anno sequenti 1724 d. 11 Aug. munus Secretarii regiminis commutavit honore consilarii, retento simul Secretarii intimi munere.

(d) Jam ante vir perillustri G. W. Baro de *Raesfeld*, consil. sanctior



indutus partes viri prudentia & gravitate præstantis magna cum alacritate explere, atque heri sui commoda quavis ratione tueri studuit. Hinc lites cum *Schorrenburgio* jam exule & assiduas querelas tum Ratisbonæ, tum Viennæ jacente acrius gestæ (e); hinc variæ status ecclesiæ reformatæ oppugnationes (f); hinc causa Juliæ, quæ quod ad jura Bipontina attinebat, intermortua fere erat, revixit (g). Atque

---

& supremus aulæ Mareschallus, primum locum in senatu amplissimo tenebat, etiam dum *Schorrenburgius* partes præfidis agebat. Præter illum in ordine nobilium consiliariorum antecedebat *Aem. Caf. Wernigk* de *S. Ingbrecht*, intimus & regiminis consiliarius, qui vero d. 23. Jun. 1724 munia hæc dimisit, rebus suis unice consulturus.

- (e) Plura id scripta testantur utramque in partem, quorum titulos describere nimis longum foret. Non possum tamen, quin adducam unum, cujus maxime *Haumüllerus* auctor fuisse fertur: *Kurtze und warhafft, auch gründliche Deduction, worab erhellet 1) die Motiven, welche des Herren Hertzogen von Zweybrücken Hochf. Durchl. zur Cassation ihres gewesenen geheimbden Raths, Praesidenten und Ober-Amtmanns Freyherrn von und zu Schorrenburg bewogen, 2) dieses letzteren begangene Defraudationes, und dann 3) die Ableinung seiner bey dem Kayserlichen Reichshoffrath angebrachten Beschwerden* cum adjunctis sub Nro 1 bis Nro 25 incl. *Zweybrücken* ic. 1728. Sed majoris momenti est scriptum illud, quod an. 1737 prodit & supra in vita *Schorrii* passim a nobis laudatum est.
- (f) Quas testari possunt quam plurima scripta in *Fabri* collectione dicta *Staats-Canzley*. Assiduum vero fidumque in hac causa adiutorem habuit *Mich. Phil. Weber*, consil. regim. & Secretarium intimum.
- (g) Quo pertinet juris Bipontini adversus electorem palatinum deductio an. 1727 typis excusa: *Kurtze jedoch alttenmäßige Anzeige, was des jetzmaligen regierenden Herrn Pfaltzgraven und Hertzogs zu Zweybrücken Gustav Samuel Leopolds Hochf. Durchl. vor Gerechtsame und praetension an die Succession der sämtlichen durch Absterben des letztern Herrn Hertzogs zu Füllich, Cleve und Berg &c. eröffneten Lande haben und suchen.* Quum tractatus postea exeunte an. 1729 inter Consil. intimum



que is etiam ceteras reipublicæ partes strenue obire non neglexit. Erat enim consilii plenus, in agendo follers fortisque, oris facundia mira, atque has dotes forma corporis ad dignitatem composita extulerat vir politissimus. Litterarum ad exemplum sui principis adeo amans videbatur, ut in ejus præsentia nunquam non gauderent Musæ nostræ sollempnia celebrantes. Quum vero ducis Gustavi d. XVII Sept. anno CIOCCCXXXI absque heredibus defuncti obitus novam rerum commutationem efficeret, atque ducatus Bipontinus pendente lite, quæ jam antea inter electorem palatinum & CHRISTIANUM III, ducem *Birckenfeldensem* commoveri cœperat, in reverendissimi abbatis Fuldenfis & serenissimi Landgravii Hassiæ Darmstadini manu lege depositi servaretur, officium Cancellarii quidem retinuit, sed cum amplissimi regiminis sive potius suam auctoritatem adversus delegatos cæsareos fortius justo defendere visus esset, se ipsis ita displicere sensit, ut honores dimittere, quam potestati cedere mallet. Abiit igitur Cancellarius noster etiam ante compositionem illam, qua Manhemii d. XXIII Dec. anno hujus seculi XXXIII inter principes disceptantes electorem ducemque de hereditate Bipontina æque & Veldentina conuentum est; præsertim cum ipse ex novo imperio nihil jucundius sperasset. Vixit quidem ab eo tempore privatus Manhemii, sed nihilo minus non vixit otiose. Quæ enim in eo erat singularis ingenii

V 2

genii

---

archipalatinum & supremi tribunalis revisionum collegam de *Morafs*, atque *Haumüllerum* Cancellarium initos haud subsecuta esset compositio amica, dux non solum deductionem istam d. 22 Dec. 1729 in comitiis imperii exhibendam curavit, sed & d. 16 Jan. 1730 ad Augustissimum cæsarem litteras dedit, quibus viam juris ingredi tentavit: *Copia Schreibens, welches an Ihro Römisch Kayserl. Majestät des Herrn Hertzogs zu Pfaltz Zweybrücken Hochf. Durchl. wegen Dero Gülchischen prætension erlassen haben, Zweybrücken den 16 Jan. 1730.* Sed hi fluctus sedati sunt omnes morte ducis nostri.



genii dexteritas rerumque publicarum prudentia, adeo probata erat principibus Augustis, Carolo Alberto, Bojorum electori, Carolo Philippo, Novemviro palatino & Christiano Solisbacensi duci, ut virum πολητιότατον lubinde evocarent inque negotiis publicis gravissimis adhiberent. Verum oppressus est in florentissima ætate virili, cum XXXX annum ageret, an. CIOIÖCCXXXVI.

Ex conjuge nobilissima, quam an. CIOIÖCCXXII duxerat, *Mariana Bernhardina de Broche*, domina *Dagmersheimii* & *Emskaimii* in ducatu Neoburgico, reliquit filiam unicam, *Gustavianam Lovisam Violantam*; quæ postea nupsit viro illustrissimo fortissimoque *Josepho L. B. de Hohenhausen & Stochhaus*, supremo excubiarum præfecto archipalatino atque legionis celsissimi comitis *ab Effern* duci vicario, quem vocant *Commandant*, eique filium peperit unicum. Tantum de HAUMVELLERO.

*Epilogus.*

Deponere jam liceat penicillum, quo etiamsi clarissimorum quondam in republica Bipontina virorum imagines haud pinxerim elegantibus coloribus, illarum tamen, quod præfiscine dixerim, lineas quamvis tenues duxi. Quo illustriora vero recentissima videntur tempora, hoc magis cavendum nobis existimamus, ne veneratio virtutis præsentis aut dignitatis splendor præstringere videatur mentem in enarrandis virorum excellentissimorum, quos pie colimus reipublicæ administros, laudibus. Atque faxit DEUS, ut quam longissime nobis abesse liceat a laudanda post funera virtute.



FASCICULUS  
EPISTOLARUM SITZINGERIANARUM  
XXI  
EX SCRINIIS  
GEORGII CHRISTIANI JOANNIS  
NUNC PRIMUM EDITARUM.



Facit auctoritas viri, cujus prudentiam in his rebus sequi constitutum est, *Clar. Kreméri*, ut commentario de Cancellariis Bipontinis absoluto adjungam fasciculum epistolarum, quas vel a *Sitzingero* Cancellario ad diversos, vel ab his ad illum datas b. avus meus *G.C. Joannis* quondam in tabulario Neoburgico reperit atque curate descripsit. Quas igitur ille satis dignas existimavit, quæ cum aliis ineditis ederentur, eas nunc seorsim exhibere consultum videtur, uti sic aliqua certe opellæ meæ accedat dignitas Edimus autem illas plerasque, prouti avi observationibus illustratæ fuerunt, præterquam quod I, IIII & XVI nostris notulis auximus, ceteras vero, quas ille non tetigerat, reliquimus & nos ob otii inopiam, quod quidem æqui bonique faciant lectores velim.





I.  
ULRICI SITZINGERI

ad  
PHILIPPUM MELANCHTONEM.

Melanchtoni, *ejusque collegis culpam abrupti colloquii non posse imputari censet. Spe, Joannem Fridericum, ducem Saxoniae, mandata suis data mitigaturum, se lapsum esse, scribit. Melanchtoni de scripto adversus Anabaptistas gratias agit. Ut is, Brentius, aliique de rationibus, quibus Protestantium ecclesiae ad concordiam revocari possint, cogitent, optat, monetque.*

*Clarissime vir, Pater & Praeceptor observande.*

Litteræ tuæ per filium *D. Camerarii* mihi redditæ sunt. Tibique : quod in tantis occupationibus de statu vestro ad me scribere dignatus es, reverenter gratias ago. Omnino autem in ea opinione sum, antagonists vestris hanc occasionem abrumpendi colloquii optatissimam accidisse (a), nec eos  
ulla

---

(a) Loquitur Cancellarius de colloquio an. 1557 mense Aug. Wormatiæ inter Theologos RCatholicos & protestantes præside *Julio Pflug*, episcopo Naumburgensi, inchoato, sed per hujus calliditatem atque imprudentem Theologorum Jenensium feruorem abrupto, dissipato; de quo *Camerarius Annot. rerum præcip.* an. 1557. Tomo III Script. de Reb. Germ. a *Frehero* editarum p. 573, maxime vero in vita *Melanchtonis*, § CVI, p. 365 sqq. & § CVIII, p. 375 sqq. pluribus agit; cf. quoque *Chytraeus* in Saxon. L. XIX, p. 496. *Schmidius* in *Diff. de colloquiis post reformationem*



ulla ratione eo deducetis, ut ulterius procedant, quanquam, si decreto imperii satisfacere volunt, nullam, mea quidem sententia, apud eos, qui candide & sine affectu iudicaturi sunt, justam excusationem prætexere poterunt. Cum enim *Jenenses* aliud agere voluerint, quam decreta imperii a nobis omnibus requirebant, nulla potest nobis, quantum ad hanc actionem peragendam attinet, culpa merito imputari, taceo, quod iis, qui discesserunt, facile aliqui ex vicinis ecclesiis surrogari possent.

Princeps *Joannes Fridericus* (b) tantum unum diem nuper apud nos commoratus est. Maturabat enim discessum suum propter adventum amitæ suæ (c), ut ajebant, quæ duci Pomeraniæ nupta est, & Wimariam venissæ nunciabatur. Aderant cum ipso D. *Basilus* (d), & concionator aulæ *Aurifaber* (e), ex quibus intelligebam, principem eo ipso die

---

habitis, Tomo II introduct. Sagittarianæ p. 1533 sqq. Acta colloquii exhibet *Goldastus* in *Politischen Reichshandeln* P. XVIII, p. 740. Nobis vero maxime placent, quæ de illo brevibus, sed libere & vere dixit *P. Sarpi* in *Historia Concil. Trident.* L. V, p. 457 sq. edit. Francof. 1621.

- (b) Magnanimi illius herois, *Joannis Friderici*, principis electoris Saxoniae, filius natu maximus.
- (c) Joannis scilicet, principis electoris Saxoniae, filiae Mariæ, quæ conjux erat Philippi Pomeraniæ ducis, qui Wolgasti aulæ habebat sedem.
- (d) *Monnerus*, nomine gentilitio, J. U. D. qui olim laudati modo principis, *Joannis Friderici Septemviri* filiorum moderator fuerat, ejusque consiliarius, tum vero Jenæ jurium Professor erat primarius; vid. *Zeumerus* in *vitis Profess. Jenensium* Classe II, n. III, p. II sq.
- (e) *Joannes Aurifaber*, vir pius, probus, multæque diligentiae, *Joannis Friderici Septemviri* ante hac a sacris & per aliquot menses ejus in custodia comes. Inter Lutheri amicos non ultimo fuit loco, & tum morienti adfuit, tum ejus scripta certos in tomos collegit.



die scripſiſſe ad te literas plenas clementiæ & favoris. In bonam igitur ſpem veneram, fore, ut mandata, quæ legatis data erant, aliqua ex parte mitigarentur. Sed pater ille mendaciorum, & aſſiduus inſidiator eccleſiæ non voluit ſibi e faucibus eripi hanc egregiam turbandi eccleſiam occaſionem. quamvis ego contra multorum opinionem ſperem, has turbas, cum multorum oculis expoſitæ ſunt, non fore durabiles, & paulo poſt eo totum negotium deductum iri, ut auctores earum confundantur. Prævalebit enim veritas, & Deus eſt, qui reſiſtit ſuperbis, ac humilibus dat gratiam. Alia ſunt, quæ me magis movent, & toto pectore oro Deum, ne hæc diſſidia ſint ſeminaria novi belli in veſtris regionibus.

Quod noſtrarum eccleſiarum ad Rhenum hoſtes, Anabaptiſtas videlicet & ſimiles ſuis coloribus depinxiſti, ac res neceſſarias hoc neceſſario tempore explicaviſti, tibi principis mei (f), ad cujus ſubditos hæc utilitas ſimul perventura eſt, & meo quoque nomine privatim gratias ago.

Negotia non patiuntur, ut jam ad vos volem. Sed ad diem II Novembris, Deo volente, Wormatiæ ero. Spero autem vos & aliis rebus occupatos, & fortasſe Regis Romanorum (ad quem veſtram diſceptationem de colloquio continuando vel abrupto perlata eſſe opinor) mandata expectantes, uſque ad eum diem Wormatiæ hæſuros eſſe. Quod ſi ante diſceſſeritis, reverenter oro, ut me per hoſpitem tuum de conſilio tuo certiore reddas, an te in vicino aliquo loco, antequam ex his regionibus diſcedas, convenire poſſim.

Valde autem optarim, te & *D. Brentium* & alios, de præparatione aliqua futuri conventus, & concordiæ noſtrarum

X

rum

---

(f) *Wolfgangus*, Dux Bipontinus piſſimus, hoc & id genus aliis ſcriptis incitatus, Anabaptiſtas, quos tum male audiſſe notum eſt, ſuis e terris ejecit, filiisque principibus, ne iis in poſterum alicubi locorum receptum darent, in ultimæ ſuæ voluntatis tabulis diſtrictè injunxit.



rum ecclesiarum cogitare. Nam etsi non defuturi sunt, qui novos tumultus jam propter hanc veltram dissensionem excitabunt, tamen Principibus nostris nostrarum & vicinarum ecclesiarum tranquillitati consulere, pium, utile, & necessarium esse, non dubito. Explicentur res necessariae, & consulatur posteritati, etiamsi fractus illabatur orbis, nec ponamus rumores ante salutem. Ac nisi jam per vos fiant initia hujus concordiae, vereor ut posthac talem occasionem habituri simus. Rursus igitur oro, sicut antea coram & prolixè feci, ut autoritate tua id ecclesiis nostris consulas, quod, Deo aspirante, ad posteritatem utilissimum fore speras. Etsi enim hoc, quod ille de republica dixit, maxime in ecclesia locum habere debet, ut ii, qui praesunt, totum corpus ecclesiae curent, ne, cum partem aliquam tuerentur, reliquas deferant, & hac ratione moti fortasse aliqui contendere poterint, non esse hoc perturbatissimo tempore, & in hac perverissima licentia ingeniorum possibilem aliquam concordiam, & quosdam (ut sunt prava judicia) nostros conatus pro sejunctione potius ab aliis ecclesiis interpretaturos esse, tamen ego non tam considerandum esse opinor, quomodo alii hoc factum interpretentur, quam quo consilio & animo id fiat: Veritas enim & bonitas rerum, & ipsa pietas tandem exuperabunt.

Hæc non propterea scribo, quod ea sim arrogantia, ut te & alios prudentiores, usu rerum, ipso tempore, & durissimis ærumnis edoctos, hæc & similia non melius cogitare existimem, sed ut voluntatem meam tibi declarem. Tua enim institutione & tuis eruditissimis sermonibus edoctus, hæc pro tenuitate mea dudum considerare incepti, nec aliud præstare possum, quam ut preces meas cum aliorum bonorum virorum precibus jungam, ac quosdam ex nostris ad hujus maximæ rei considerationem adhorter. Si enim bono viro non minori curæ esse debet (ut ethnicus ille dixit) qualis res publica patriæ post mortem futura sit, quam qualis hodie



hodie sit; quanto magis de ecclesia hæc in mentem nobis venire debent, quam alteram & veriolem patriam esse, puer adhuc a te didici. Quod reliquum est, oro Deum, fontem concordie, ut ipse gubernet actiones & consilia vestra, sicut & hactenus uberrimo cum fructu fecit, & absque ulla dubitatione posthac, testibus posteris nostris, & tota æternitate facturum est. Te quoque, & omnes tuos dextræ filii Dei commendo. Bene & feliciter vale, *Pater & Præceptor reverende*. Salutem reverenter adscribo *D. Brentio & D. Ebero*, Datæ Biponti die XXI Octobr, an. MDLVII.

Tui studiosissimus

*Ulricus Sitzinger.*

II.  
E J U S D E M

A D  
E U N D E M.

*Litterarum tarditatem excusat. Controversias quasdam in comitiis sopitas refert. De motibus in Scotia & Romæ abortis nova quaedam mittit. De generi ejus valetudine certior fieri cupit.*

*Clarissime vir, Pater & Præceptor observande.*

Quod *D. Cracovium* ex comitiis sine meis ad te litteris dimisi, non factum est oblivione; sed quod ipsum transeuntem Neuburgum eo subsequi, tibi que scribere constitueram, nisi me quædam negotia præter opinionem meam Augustæ retinissent. Dabis igitur veniam silentio meo: quod quidem in posterum crebrioribus literis, Deo volente, compensabo, præfertim cum nunc ad hanc ripam Danubii major sit occasio transmittendi ad vos litteras, quam antehac fuit, dum in montanis agerem.

X 2

Histo-



Historiam conventus a) procul dubio retulerunt legati vestri, præcipue autem Cracovius b). Consumpsimus tempus & pecuniam, hæc summa est. Quanquam fortassis aliquid, quantum ad quorundam privata negotia attinet, utiliter confectum est. Sunt enim, Dei beneficio, omnes controversiæ, quæ prætendebantur inter Bavarum & meum principem, Ducatus Neuburgensis causa c) bona cum gratia & sine detrimento alterius partis compositæ. Inter Electorem Palatinum & eundem Bavarum res eo deducta est, ut amanter invicem congressi sint; controversias quasdam sopi-

(a) Augustæ Vindelicorum tum habiti.

(b) *Georgius* nomine. Erat is Consiliarius Electoris Principis Saxonie *Augusti*. Magni tum vir nominis: qui tamen in extremo tristi admodum fortuna vitam finiit. Quum enim anno MDLXXIV in gravem heri offensam incurrisset, ac d. XVI Julii Lipsiæ in arce *Pleissenburg* custodiæ commissus fuisset, in ea anno sequenti MDLXXV d. XVII Martii mortuus repertus est. Sua sponte indemnatum spiritum effudisse videbatur. Per quatuor namque & decem dies omni cibo abstinuerat potuque, vid. *Zach. Schneiderus* in *annalibus Lipsiensibus* ad h. a. apud *Thomasium* parte II Libri, qui *Historie der Weisheit und Thorheit* inscriptus est, p. 65 & seq.

De cetero, eum an. MDLXV Mordeiffi in locum, Cancellarii titulo successisse, error est, quem *Melch. Adami*, alique commiserunt, *Hornius* vero perstrinxit parte VI *der Sammlung zu einer Sächsischen Hand-Bibliothek* n. 1. p. 617 & seq.

(c) Quem *Wolfgangus*, dux Bipontinus, *Ottone Henrico* C. P. Rheni, septemviro (ad quem ille pervenerat) vita h. a. defuncto, adierat.

Controversiæ autem, quas inter se habebant, erant, ut id ad dam, de *πρωεδρια*, de finibus præfecturarum Reichardshoven, Craispach & Hombaur, de iudicio provinciali Hirspergenfi & Craispacensi, de vectigalibus, de censu ab emigrantibus in fiscum inferendo cet.

Quæ quidem ad concordiam tum deductæ sunt opera studioque *Christophori* Ducis Wirrenbergensis: cui Cæsar, ut eas componeret, in mandatis dederat.



fopiverint d); quod reliquum est, secundum præscriptam formulam jure decidetur.

De tumultu Scotico & induciis ibi factis inter Reginam & populum usque ad conventum Parlamenti, & motibus urbis Romæ, qui secuti sunt extinctum Pontificem, existimo te audivisse, & quidem in dies certiora ad vos perferri puto. mitto tamen paginas quasdam.

Audio generum tuum aliquantisper adversa valetudine laborasse: cui opto restitutionem virium, ac de ejus incolumitate certior fieri valde cupio. Tuam salutem & incolumitatem ardentibus votis Deo commendo. Bene & feliciter vale. Salutem adscribo generis, filiæ, filio, & neptibus, ac toti familiæ. Datæ Norimbergæ XII Septembr. an. MDLIX.

Tui studiosissimus

*Ulricus Sitzinger, D.*

### III.

## E J U S D E M

A D

CUNMANNUM FLINSBACHIUM. a)

*Quod princeps delegatum audiverit, sibi que acta jussit recitari; quam item in sententiam hoc tempore itum sit, significat. Principes, ad quos herus scripserit, causam hanc non deserturos, sperat. Ceterum monet, ut forti sit animo; fidei suæ, ubi opus sit, simpliciter & sine ulla disceptatione rationem reddat; populum vero ab omni violentia ac seditione dehortetur.*

Salutem in Christo.

**A**ccepi litteras tuas, *vir reverende*, & simul legi acta urbis Trevirorum. Etsi autem valde importuno tempore, cum

X 3

iis

(d) E.g. de finibus, vectigalibus, parœciis, jure venandi, cet. *Adlzeiter* parte II *annalium Boicorum* lib. XI & XIV col. 268 Factum autem id, intercedente Palatino *Wolfgango* & dicto Duce *Würtembergensi*. *Camerarius* annotat. rerum præcipuarum anni MDLIX, Tomo II *Scriptorum de rebus Germanicis* a *Frehero* editorum p. 584.

(a) Hinc corrigas, qui viri hujus nomen corrupte efferunt, *Browerum*.



iis legatus advenisset ( nam auspicabamur eo ipso die conventum provincialem hujus ducatus ) tamen, remotis aliis etiam negotiis Princeps & audivit legatum, & omnia ac singula acta postea in senatu, se præsentem, recitari iussit.

Et si autem inter cetera quoque meum consilium erat, ut princeps ad totum senatum Trevirensis scriberet, ac Christianæ doctrinæ deditos ad constantiam; ceteros autem, ne sanam doctrinam persequerentur; utrosque vero ad pacem, & ut a seditionibus abstinerent, adhortaretur: tamen hoc tempore visum est, sufficere eas adhortationes, quæ ad te & D. Casparem b) mitterentur.

Scripsit autem princeps ad *Electorem Palatinum, & Ducem*

---

scilicet & *Camerarium* quorum quidem ille lib. XXI *annalium Trevirensium* § CXIV p. 390 scribit: *Conmannus is erat Flinsbachius. hic vero annotat præcipuar. anni MDLIX p. 586: ut accerferetur conciliante Principe Wolfgango - - Chulmanni.*

Contulit autem se Trevirim hic noster *Flinsbachius* mandato heri sui, serenissimi principis Wolfgangi, Ducis Bipontini, cum civium Trevirensium haud pauci ad religionem ex præscripto A. C. emendatam animum adjecissent, atque ab eo reverenter postulassent, ut sibi virum hunc pium, multoque usu in id genus negotiis exercitatum ad tempus concederet.

Quam difficilem autem, scopulosumque in locum ille ibidem devenerit; quam periculosa idem adierit aleam, apud *Melch. Adami* in vita ejus p. m. 219 summam legere est. *Browerus* enim id silentio præterit; quamvis de cetero multus sit in motibus istis, ad civium dictorum invidiam, l. d. §. CV & seqq. p. 387 & seqq. enarrandis.

(b) *Caspar* hic est *Caspar* ille *Olevianus*, qui tum Treviri civibus suis evangelii doctrinam prædicare cœperat, & non paucos eorum a scitis pontificiis, ad eam amplectendam, revocarat.

Fuit autem is Trevirensis, ut dictum, spectatis ortus parentibus, vir doctus, ac litteris melioribus, cum maxime vero sacris probe excultus, ut apud dictum modo *Melch. Adami* in vita ejus p. m. 283 & seqq. pluribus videre est.



*cem Württembergensem*, eosque hortatur, ut intercederent apud electorem Trevirenses, ac simul defert operam suam spero autem, illos hanc causam non deserturos esse c)

Te igitur hortor, ut sis animo firmo & constanti ac plus fidas precibus ecclesie & Dei auxiliis, quam ullis præfidiis humanis. Nam & sacra scriptura, & ipsa experientia edoctus nosti, omnia humana esse fugacia & fallacia.

Cum adversariis non multum vel temere contendas scriptis vel sermonibus; sed tantum reddas, quocunque tempore opus fuerit, rationem tuæ fidei, ne tibi struantur infidie, prætextu civilium controversiarum vel disputationum. Scis enim, hanc ætatem plenam esse machinationibus & sophismatis. Nec multum disputes de publico vel politico jure civitatis vel Episcopi. Ea res enim magis accendit adversariorum animos.

Ceterum de incolumitate tua non velim te esse sollicitum. Omnes enim capilli capitis tui numerati sunt. Nec arbitror, episcopum aliquid publica violentia facturum esse d). Tantum horteris populum in utraque parte, ut summo studio & diligentia vitet seditiones & intestinam violentiam. Nam in seditione, sicut scis, omnis species mali versatur.

#### III.

- 
- (c) Quod & factum. *Fridericus* enim septemvir Palatinus, *Georgius* Dux Simmerensis, *Wolfgangus* Dux Bipontinus, *Christophorus* Dux *Württembergensis*, *Philippus*, *Landgravius Hassiæ*, *Carolus Marcgravius Badensis*, legatos Trevirum misere, rogatum, ne Archiepiscopus in homines, qui recens exortæ veritati cessissent, gravius animadvertere, sed potius huc descendere velit, ut eos conscientie libertate frui, & templi copia facta, sacris ex præscripto A. C. sine molestia uti sineret.
- (d) Quid autem ille? *Browerus* id nobis l. d. p. 392 prodit: § CXXII quidem his verbis: *Bipontinum ministrum, ceu ditionis alienae clientem, hospitio publico asservari placuit*; § CXXIII vero sequentibus: *Primum itaque Bipontinum agyrtam, cautionibus obscriptum, ad suos amandat.*



Deus autor pacis & concordiae adfit vobis spiritu suo & confirmet & stabiliat afflictam ecclesiam, quam Christus sanguine suo redemit. Bene & feliciter vale. datæ *Neuburgi* d. XVII Octobr. an. MDLIX.

## III.

## E J U S D E M.

A D

JOANNEM SEBASTIANUM PFAUSERUM a)

*Quibus significat, senatum Lauingensem optatis potitum esse, simul vero dolet, Pfauserum visitationi ecclesiasticae nuper institutae non interfuisse.*

S. D. Reverende VIR.

Cum nuper Neoburgi essem, allatæ sunt litteræ Tuæ, in quibus intercedis pro senatu vestro. Itaque dedi operam, ut e vestigio Principi de ea re scriberetur, & ædificium promoveretur: cumque existimarem, negotium probe confectum esse, huc rediens, reperi tabellarium vestrum adhuc expectantem. Itaque hodie Principem de hoc negotio admonui. Is mandata dedit consentanea petitioni vestræ.

Te universo negotio visitationis (b), præsertim postremo actui

- 
- (a) Quis qualisve vir fuerit *Pfauserus*, satis jam docuere alii, sigillatim *Adami* in *vitis Theologorum* p. 108 edit. noviss. *Freherus* in *Theatro virorum eruditorum* p. 216, Auctor der *Theologischen Bibliothek* n. II des dritten Beytrags aufs Jahr 1723, & summam *Majus* ad *Boecleri* libellum memorialem *de rebus seculi post Christum natum* XVI p. 587.
- (b) Ad quam peragendam Wolfgangus Dux Lauingam evocaverat, Theologum id temporis celebratissimum, sed in dissentientibus impugnandis plus justo frenum, *Jacobum Andreae*, quod in vita Cancellarii jam observavimus.



actui non interfuisse, doleo. Non enim dubito, quin præsentia tua (c) aliquid his rebus attulisset. Et inprimis optarem, te ei hortationi, quam cum *Mario* (d) habuerunt, adfuisse, ut hominis insidiosam improbitatem, quam erga me longe aliud de ipso meritum, petulanter exercet (e), in re præsenti perspexisses. Sed non dubito, me & Tibi & aliis bonis viris satis excusatum esse. Valetudinem tuam toties affligi, ex animo doleo, ac precor Deum, ut illam confirmet. Bene  
 Y &

- 
- (c) *Phauserus* enim erat Theologus moderatissimus. Sed hoc ipso nomine parum laudatus fuit a Theologis rixarum auctoribus; qui eundem virum & prudentem sibi habebant adversantem. *Koeteritius* certe, primarius illorum in aula Bipontino Neoburgica patronus, in litteris ad *Jo. Marbachium* Neoburgi d. 28 April. 1568 datis de eo scribit: *Unsere Schuel zu Laubingen conficitur altercatione. also unruhig ist Pfauferus fast gegen alle Professores; sed haec in aurem vestram scripta volo;* in epp. Theol. a *Fechtio* editis P. III, n. CXLII, p. 268. Rectius vero & praeclare de isto sentiebat *Sitzingerus*, vir prudentissimus, æque & *Petrus Agricola*, principum tum juventutis præceptor, & *Pfauseri* amicus.
- (d) *Conradus* is est *Marius*, cujus *Adami* mentionem fecit in vita *Wenceslai Zulegeri*, p. 149, & *Zach. Ursini* p. 254. Fuerat is post *Imm. Tremellium* ab an. 1558 præceptor filiorum *Wolfgangi Ducis* principum, sed hoc ipso anno mense Aprili, quod in doctrina de S. cœna *Calvini* interpretationem sequebatur, iram Ducis in se concitatum expertus, abdicatus, custodiæ mandatus, tandem post aliquot menses liberatus, ac d. 20 Aug. præstito juramento, quod dicunt *urphedam*, dimissus est. Discessit dein *Heidelbergam*, ibique non solum solum inter senatus ecclesiastici collegas locum invenit, sed etiam *Friderici III* Septemviri a consiliis usque fuit sanctioribus.
- (e) Videtur *Marius*, ut eo facilius excusationem inveniret, Cancellarii animum, sive sententiam ad exemplum *Melauchtonis* ab interpretatione *Calvini* haud abhorrentem, imprudenter prodidisse, ita ut is in suspicionem animi ab A. C. alieni veniret.



& feliciter vale. Datæ in arce Lengenfeld d. VII Augusti  
an. MDLXI.

*Reverendo viro, pietate, eruditione & virtute clarissimo,  
Domino Johanni Sebastiano Phausero, incliti Bohe-  
morum regis Theologo, Superattendenti & Pastori Lau-  
ingae & superioris Sueviae in Ducatu Neoburgico (f).  
Domino & amico suo honorando.*

(f) *Maximilianum II, Ferdinandi I Imperatoris filium, Boiemorum regem, in aula sua longo tempore ecclesiasten aluisse A. C. ad-  
dictum, passim seculo XVI percrebuit. Romam certe id perla-  
tum, Sarpius libro IV historiae concilii Tridentini p. 479 scribit,  
& Romam, inquit, etiam de eo postea perlatum, quod & Praedi-  
cantem aleret, & saepius concionantem audiret, qui in pleraque  
regni loca, licet non in civitatem Pragensem, communionem ca-  
licis introduxisset: neque id Rex ipse interdum dissimulabat, se  
soenam nisi plenam accipere posse. Quam constans autem rumor  
ille tunc temporis erat, tam minus erat ex vano. Ne dubites,  
praeter titulum, quo litterae Sitzingeri inscriptae fuere, faciunt  
ipsum Maximiliani litterae ad Wolfgangum Ducem Bipontinum  
Neoburgicum datæ, quibus Pfauserum, ecclesiasten suum auli-  
cum, ægre dimissum, hujus tutelæ commendat. Sed malumus  
ipsas in gratiam Lectorum subjungere.*

*Wir Maximilian von Gottes Gnaden, Khönig zu Behaim,  
Ertzhertzog zu Oesterreich, Hertzog zu Burgundi, in Ober-  
und Nider-Schlesien, Marggrave zu Mörherrn &c. Grave zu  
Tyrol &c. Entbieten dem Hochgebornen Fürsten, Herrn Wolf-  
gangen Pfaltzgraven bey Rhein, Hertzogen in Bayern, vnd  
Graven zu Veldentz, vnserm freundlichen lieben Oheim, vnser  
Freundschaft vnd was wir liebs vnd guets vermogen.*

*Hochgeborner Fürst, freundlicher lieber Oheim.*

*Wölcher massen vnd aus was Ursachen wir den Ersamen, vn-  
sern lieben andechtigen, Johann Sebastian Phauser, vnsern Hof-  
pre-*



predigcanten, diser Zeit von vnserm Hof ablassen müssen, dessen tragen Ewer Lieb hiervor gnütze erinnerung \*. Vnd die weil er dann lust vnd naigung hat, sich in Ewer Lieb Fürstenthumb vnd Oberkhait an der Thunaw zu begeben, vnd ein Zeitlang daselbst zu endthalten: So ist vnser gantz freundliches gesinnen an Ewer Lieb, die wolle jne also von vnsern wegen in gnedigen gutten bevelh haben, vnd in dem, darinnen er Ewer Lieb hilf vnd befurderung bedurftig, diser vnserer Fürschrift geniessen lassen. Das sein wir hinwider gegen Ewer Lieb in freundschaft zu beschulden wolgenaiht. Geben zu Wienn den letzten tag Junii 1560, vnser Beheimischen Reichs im Zwölften.

\* Qua necessitate coactus Rex optimus, neque unquam sine laude dicendus, dimiserit *Pfauferum*, tetigit aliqua ex parte *Languetus*, dum anno 1559, mense Septembri, *Ulrico Mordeisen* lib. II epistolarum p. 27 perscribit, *Ferdinandum* cæsarem *Maximiliano* valde vehementer, omnique modo instare, ut religionis in negotio, quicquid alienorum sit dogmatum, ejuret: quin multo durius eocum agere, quam antea: planius vero *Gratianus* libro III de *vita Commendoni* cap. II, & ex eo *Levinus* von *Ambeer*, sive, qui sub hac nominis larva latet, *Immanuel Weber*, periodo III *Isagoges in historiam Germanico-Europæam sub Maximiliano II* cap. I p. 593, patrem scilicet minatum, ni *Pfauferum* dimitteret, se eo præterito, dignitatem cæsaream fratri natu minori adstruendum. Huc etiam faciunt, quæ *Petrus Paulus Vergerius*, in summa rerum, quas Vienna circa annum 1558 redux, Christophoro duci Wirtembergensi renuntiavit, apud *Fischlinum* in supplemento ad memoriam Theologorum Wirtembergensium p. 123 & seq. Tandem absque dubio plenissime de eo disputatum coniiicimus in *Bernh. Raupach* libro, inscripto *Evangelisches Oesterreich*, P. I, p. 31 sqq. quo nos quidem caremus. Ceterum non frustra fuit hac sua Rex commendatione. Laudatissimus enim princeps *Wolfgangus* virum Lauingæ, eodem hoc anno ecclesiæ æque constituit pastorem, ac ceterarum eidem contributarum Antistitem, eumque multa semper profecutus est gratia. Obiit tandem *Pfauferus* d. 6 Jun. 1569, Aet. 49.



V.  
E J U S D E M

A D

AMICUM QUENDAM NORIMBERGENSEM. \*

*Sui loco, alios mitti, qui Principum postulata Norimbergensibus explicent, significat. nil aliud quaeri, quam consensus Augustani renovationem testatur, cur praefationi ista quarundam vocum declaratio, nec non altera doctrinae de coena Domini explicatio insertae sint, exponit, ut spes ista, Principum animos quae subierat, in irritum ceciderit, narrat. objectioni cuidam occurrit. ut Norimbergenses repetitioni huic subscribant, optat.*

*S. D. Amplissime & Ornatissime vir.*

Omnino existimavi futurum, ut princeps meus me in causa actionum, quæ Naumburgi religionis ergo habitæ sunt, ad vos mitteret. Multa enim tecum conferre potuissem copiosius, quam nuper factum est, cum isthac transirem. Et quidem tunc fui in exponendo hoc negotio brevior, quia sperabam, me propediem ad vos rediturum. Nunc quia me Princeps hoc tempore a se dimittere non vult, mittuntur ad vos *Christophorus Meixner* 1) civis vester, & *Ludovici Grempii*

\* Quis ille fuerit; dicere non habeo. In harum enim litterarum scripto prototypo, manu auctoris hic illic correcto, e quo eas olim descripti, nomen ejus, ad quem datæ sunt, non erat adscriptum. Ita *Joannis. Ego vero suspicor, fuisse Hieron. Paumgaertnerum, patrem.*

1) Vir rei militaris sciens manuque strenuus, dignitate centurio & serenissimi Principis *Wolfgangi*, ducis Neoburgico-Bipontini Domus Præfectus (*Haushofmeister*) vid. *Hertzog lib. II Chronici Alsatiae cap. XC. p. 213.*



*p*ii Jurisconfulti frater 2). Hi postulata principum explicabunt. Etsi autem quædam, meo quidem iudicio, planius & explicatius proponi potuissent, tamen Princeps non voluit discedere ab ea formula, quam alii 3) suis præscripserunt, ne esset in tractatu dissimilitudo. Sed vos pro vestra prudentia publicam causam eo, quo necesse est, animo audituros, & pie deliberaturos esse, non dubito 4).

Neque ego is sum, qui in hoc negotio multa monere possit. Causa ipsa per se nihil habet difficultatis vel perplexitatis. Quæritur reiterata testificatio, ut ita dicam, consensus Augustani: ut hæc quasi renovata & repetita confessio opponatur pontificiis machinationibus de concilio, & aliquo modo refutentur calumniæ adversariorum, qui nobis defectionem a veritate vel a priori confessione multipliciter obiiciunt. Etsi vero negandum non est, ortas esse quasdam controversias in nostris ecclesiis; tamen Dei beneficio multæ sunt ecclesiæ, de quarum consensu, præsertim in fundamento & præcipuis articulis aperte constat. Quantum igitur ad hoc attinet, res erit plana.

Sed addita est præfatio, in utraque lingua: in qua fortasse quidam desiderabunt aliquid. Quanquam autem, ut verum fatear, mea tum erat sententia, ut in illa præfatione prorsus nil ageretur, quam ut Confessio ipsa Cæsari ea, qua decet, reverentia offerretur; tamen, uno requirente, accessit

Y 3

cessit

- 
- 2) *Dionysius Grempius a Freudenstein*, laudati Principis Consiliarius. Advenerunt autem Norimbergam d. XVIII Martii. *Zeltnerus* dissertatione de *Mauritii Helingi vita & fatis* § XXVI p. 47.
- 3) Speciatim *Christophori Ducis Wirtembergensis*, qui formulam actionis sive instructionem, ut vocant, Neoburgum miserat.
- 4) Cum eos senatus audivisset, & hac de re deliberasset, censuit tum ac respondit, se tutius a nova subscriptione abstinere posse, quam ea ceteris accedere. *Zeltnerus* l. d.



cessit declaratio quorundam vocabulorum, quæ dicebantur ab aduersariis perperam intelligi, & in sinistram partem detorqueri 5). Hæc additio causam dedit alterius explicationis, de cœna Domini 6). Quidam enim existimabant, nisi hoc fieret, nos propter præcedentem admonitionem suspectos fore de Zuinglianismo. Et multi ex Principibus putabant, se hoc modo satisfacturos *Johanni Friderico* Duci Saxonix.

Sed incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Illud ipsum, in quo Saxoni gratificari ceteri volebant, offendit animum ipsius. Clamat enim, veritati non esse satisfactum hac explicatione 7), & nunc dissoluto conventu præscribit aliam formam. Nostri vero dicunt, se hoc tempore non convenisse, ut novi articuli cuderentur, sed ut *Augustana confessio* renovaretur, & quia hæc res altiorem indaginem postulet, se nihil novi addere voluisse, sed sumsisse verba ex recessu *Francofordiensi* & examine *Mechalburgensi*, ac fieri relationem ad ipsam *Augustanam confessionem* & *Apologiam*, & ad verum intellectum illius. Offerunt etiam se, cum res postulabit, ad copiosorem explicationem. Et si quibus hæc non satisfacient, eos existimant alioqui quærere causam disensus 8).

Sed dicet aliquis: periculosum esse una cum illis subscribere, quos scimus in illo articulo non esse absque errore, vel saltem suspitione erroris, quod & actiones illorum & scripta nuper edita aliqua ex parte testentur. Fatentur nostri, esse in eo aliquid, quod diligenter sit animadvertendum. Sed  
cum

---

5) Vid. *praefatio*, apud *Hönnium*, eleganti libello, quo *historiam Numburgensis* hujus conventus complexus est, p. 106 & seq.

6) Vid. dicta modo *praefatio* l. d. p. 108.

7) Vid. *Hönn* l. d. cap. V. p. 33 & seq.

8) Vid. *idem* l. d. cap. V p. 33, cap. VI p. 46 & seq.



cum ille 9) nunc approbet verum intellectum *Confessionis & Apologiae*, in qua verba aliquanto clariora sunt, & etiam in privato & publico sermone ostenderit, quod ore & pectore hæc sentiat, & nominatim & expresse se retulerit ad *Apolo-  
giam*, & eam explicationem, quæ in colloquio Ratisbonensi cæsareis Præfidentibus oblata est, nos aliter, quam ore præ se fert, de ipso, hoc quidem tempore, sentire non posse. Solus enim Deus est *καρδιογνωστης*. Et fatius est illum intra istas metas confessionis retineri, quam a nobis reiici, ut majores distractiones oriantur.

Sed quo dilabor? Dabis autem veniam huic meæ prolixitati, vir charissime, cujus nullam aliam causam habeo, quam ut consilia & momenta actionum Naumburgensium tibi planius constent, & ne facile vestra respublica propter multorum clamores se a communi Principum consensu disjungat. Nec vobis, viris sapientissimis, aliquid præscribo, sed quicquid id est, relinquo vestræ pietati & prudentiæ judicandum. 10) Ipse etiam recessus docebit, Principes non detrectare in quibusdam rebus pleniorẽ explicationem, modo

---

9) *Fridericus* scilicet, Princeps Elector Palatinus, vid. *idem* l. d. cap. VI p. 48.

10) Quamvis senatus ab initio, ut dictum, dubitarit repetitioni huic subscribere: post tamen, cum iidem legati, adscito *Sizingero* nostro, d. XXI Junii rediissent, & tum ingenuam Principum confessorum mentem exposuissent, tum acta universa se fidissime communicaturos polliciti fuissent: idem perillustris senatus consuli primario, *Paulo Beheim*, negotium dedit, nomen Reipublicæ & Senatus exhibito exemplari A. C. genuino apponendi. Ceterum, ne quid ullo modo habere videretur cum Calvinismo clandestino commercii, quum in præfatione dicta quædam ambiguitatis cujusdam speciem habentia animadvertisset, litteras ad serenissimum Principem *Wolfgangum*, Ducem Neuburgensem & Bipontinum, quasi *προφιλανθρωπικας* dedit, quibus suam & ecclesiæ suæ sinceram de sacra cœna mentem, omni furo & contrario errore rejecto, copiose & dilucide explicavit, *Zeltnerus* l. d. p. 47.



modo illa rite & ordine fiat, & ab iis, qui piæ concordiae studiosissimi sunt II).

Hæc bono & simplici studio ad tuam Humanitatem scribo: præcipua autem eam ob causam, ne majores distractiones inter nostros oriantur; quas secuturas esse omnino metuo, si subscriptio *Confessionis Augustanae* a quibusdam in dubium vocabitur. Jam enim adversarii nostri clamant, nos adeo in religione nostra dissentire, ut etiam multi sint, qui confessionem nostram subscribere recusent. Oro autem, ut hæc omnia in meliorem partem a me accipias, sicut te facturum esse, plane confido. Bene ac feliciter vale, *vir ornatisime*, ac me tibi commendatum habe. Datæ *Neuburgi X Martii* anno MDLXI.

## VI.

## E J U S D E M

A D

PETRUM PAULUM VERGERIUM \*.

*Cur nunc demum ei respondeat, causas adfert. Ejus scripta se Principi, Hero suo, tradidisse significat. Ea itidem laudat, sibi que placere dicit, quod ceperit, propositum. Ut præcaveat, ne res, quæ ei cum Pfausero sit, in alterationem excedat, suadet. Nepotis ejus serationem habuisse refert.*

S. D. Reverendissime Domine,

L iteras tuas jamdudum accepi, & quod hactenus non respondi, nulla alia causa est, quam quod non solum tabel-

II) Vid. illa, apud laudatum *Hönnium* l. d. p. 95.

\* Quis *Vergerius* hic fuerit, satis notum. Vitam enim ejus *vitæ Theologorum exterorum* inseruit *Adami* p. m. 59 & seq. *Fischlinus* vero *Supplementis ad memorias Theologorum Wirtembergensium* p. 113 & seqq. quin, his eam fusius multo exposuit *Baelius* Tomo IV *Lexici*, voce *Vergerius*, p. 431-437.



bellarii defuerunt, sed ipse quoque aliquantisper domo abfui, & quod D. T. nunc scire arbitror, secessi ab aula, quod etiam facit, ut minus idoneos nuncios habere possim.

Quantum nunc ad ea attinet, quæ inter D. T. & Legatum Romanæ curiæ a) agitata sunt, mihi illustrissimo principi nostro exempla utriusque scripti, additis etiam iis, quæ impressa erant. Legi quoque eadem diligenter, & probo hanc egregiam voluntatem tuam, quod adeo strenue & intrepide pro Christi gloria contra antichristum pugnas. Placuit autem in primis hoc, quod promittis, te calamum cohibiturum, si illi intermittant grassari in corpora piorum. Et similitudo, quam in eo scripto, quod typis impressum est, adducis, insignis est, cum ais, pontificem similem esse laboranti febre continua, quæ inducit phthisin. ut enim illi non sunt adhibenda multa pharmaca propter prostratas vires naturæ; sed tantum expectandum Dei auxilium: ita quoque se rem habere cum statu pontificio. hunc enim esse humanis remediis incurabilem.

De negotio, quod tibi cum *D. Phaulsero* est, multa nuper Laugingæ cum illo locutus sum. Ait, se nihil unquam librorum a te accepisse: ideo etiam non obligari, ut pro illis satisfaciatur. Cum res non adeo magni sit momenti, & alienum ab honore vestro, ut inter vos de talibus rebus altercationes oriantur, profecto consulere, ut existimationem utriusque vestrum majoris faceres, quam tantillum pecuniæ; præsertim cum ratio iniri possit, ut libri absque magno detrimento tuo rursus distraherentur. Ignoscat mihi D. T. quod adeo libere sententiam meam expono. Nolim enim, vos, vi-

Z

ros

(a) Is erat *Zacharias Delfinus*, Episcopus Lesinenfis. quocum quidem anno hoc LXI contulit Tabernis Alsaticis, Argentorati, nec non in locis proximis; interdum solus, & tunc liberius, interdum cum *Sturmio*. *Pallavicinus* lib. XV *historiæ concilii Tridentini* cap. X § XIII p. m, 235.



ros clarissimos, toti Germaniæ notos, & exules propter confessionem veritatis, in ore vulgi, ita versari, ut vestra auctoritas rumoribus hominum, quibus voluptati est, omnia in sinistram partem interpretari, labefactetur.

Quantum ad nepotem tuum b) attinet, dudum de eo negotio scripsi ad illustrissimum principem, & spero, rem confectam esse. Sin minus, poteris de ea re, cum visum fuerit, ipsius celsitudinem admonere.

Bene & feliciter valeat D. T. Datæ *Sultzbach* Kalend. Novembr. anno CIOIOLXI.

*Reverendissimo viro, pietate, virtute, eruditione & sapientia præstanti, D. Petro Paulo Vergerio, consiliario illustrissimi principis Wirtembergici. Domino suo honorando &c.*

VII.  
E J U S D E M

A D

JOANNEM BAPTISTAM HEINTZELIUM.

*Ducem Bavariae, una cum conjuge, Neuburgi bis concionem publice habitam attente audivisse, significat.*

S. D.

Nescio, *Vir Amplissime*, an coram tibi commemoraverim, illustrissimum principem Bavariae \* hic adfuisse in templo,

(b) *Ludovicum*, ni fallor, *Vergerium* intelligit, qui ceteroquin ex Italico in sermonem Germanicum, patrum hujus sui libellum, de transitu suo ad ecclesiam protestantium, transtulit, & hoc titulo in lucem emisit: *Widerruff Petri Pauli Vergerii, welcher in zeit er zu Capo d'Istria Bischof gewesen, zweymal in Teutschland von dem Papst gesandt worden, ausser dem Italiaenischen verteutsch von Ludovico Vergerio. Gedruckt zu Tubingen an 1558. 4.*

\* Erat is *Albertus V, Wilhelmi*, a quo linea *Wilhelmina* nomen tra-



plo, dominica præterita, cum baptizaretur infans principis nostri †, & summa attentione, una cum uxore \*, filia Cæsaris, audivisse concionem, quæ tum habebatur de baptifmo Christi. Aderat etiam totum gynæceum, cum præcipua parte nobilitatis. Neque id rogatus præstitit, sed sponte sua. Cum enim ceteri principes, viri & feminæ, una cum infante baptizando, essent in inferiori parte templi, ipse apertis foribus gynæcei, quæ ad templum spectant, superiorem partem occupavit. Hæc facta sunt me spectante. Sed me absente, heri rursus cum uxore & suis interfuit concioni *D. Pfauferi*, quam habuit de dicto Christi; *Date Deo, quæ Dei sunt, & Cæsari, quæ sunt Cæsaris*. Et si autem de perpetua voluntate principis ex his quasi spectaculis, ut ita dicam, iudicium ferri non potest: tamen hæc tibi significanda esse duxi. Cetera gubernet Deus, cujus verbum non solet redire vacuum. Bene & feliciter vale, vir ornatissime. Datae *Neuburgi* ad Danubium die XIV Novembris, anno CIOIOLXI.

Z 2

VIII

---

xit, pater. Princeps pontifici & sodalibus Ignatianis ceteroquin addictissimus.

† *Maria* scilicet *Elisabetha*, nata anno hoc LXI, die IV Octobris, & d. IX Novembr. ecclesiæ initiata; Christiani ritus testibus *Anna Maria*, duce Wirtembergensi, *Christophori* ducis conjuge, *Anna Elisabetha*, Comite Palatina rheni, quæ postea *Philippo* Landgravio Hassiæ nupsit, ac *Wilhelmo* Landgravio Hassiæ, lineæ Casselensis.

\* *Anna*, quæ *Ferdinandi I* filia erat &c.



VIII.  
E J U S D E M

A D

HIERONYMUM RAUSCHERUM.

*Utrum de Ferdinando doctore Italo ad scholam Lauinganam vocando aliquid decretum sit, quaerit. Ejus rationem habendam censet. Dotes ejus persequitur. Ut sibi hac de re rescribatur, petit.*

*Venerande vir,*

Omnino volui jam Neuburgi tecum conferre de deliberatione scholastica, quam tu & alii illustrissimo principi exhibuistis. \* Inter cetera autem hoc quoque fuit, quod nescio, an de illo Italo doctore *Ferdinando* †, qui Ingolstadii est, & juridicam conditionem ambit, aliquid decretum sit. Quantum enim meminisse possum, *D. Phauseri* & tua sententia erat,

- 
- \* Hoc scilicet anno in eo erat laudatissimus princeps *Wolfgangus*, ut Neuburgensis ducatus bono Lauingæ bonarum mentium quoddam seminarium, scholam scilicet provincialem, sicut tribus ante annis in Bipontino Hornbaci, institueret. Quam etiam eo ipso cum aliorum, tum præcipue *Joannis Sturmii*, viri excellentis doctrinæ & rei scholasticæ peritissimi, consiliis usus, ibidem auspiciato aperuit; constitutis, qui eam moderarentur, viris virtute, eruditione atque docendi dexteritate præstantissimis, *Simone Ostermanno*, lecto, Rectore, *Joan. Friderico Caelestino*, litterarum doctore sacratiorum, *Cypriano Leovito*, Mathematico, & *Martino Rulando*, doctore physico. vid. quem laudavi, *Sturmius* in dedicatoria *Scholæ Lauinganae* præmissa, p. 321 & 324 opusculorum de institutione scholastica ab eo editorum, ac non ita pridem a *F.A. Hallbauero* junctim in lucem & usum reductorum.
- † Qui nomine gentilitio vocabatur a *Petra alba*, ut infra ex inscriptione litterarum, quas *Sitzingerus* itidem ad eum dedit, patet.



erat, si princeps omnino vellet jurisperitum in schola Lau-  
ingensi esse, ut is potius eligeretur, quam alius, qui for-  
tasse amplissimo stipendio conducendus esset, & se non liben-  
ter demitteret ad prima elementa jurisprudentiæ. Cum igitur,  
quantum ex sermonibus principis dudum intellexi, fa-  
cile fieri possit, ut alius intrudatur (etsi hos sumtus ad reli-  
qua, quæ in his auspiciis magis sunt necessaria, conferri vel-  
lem) tamen judicarem, hunc *Ferdinandum* in hac functione  
multis aliis præferendum esse. Est enim non tantum in jure,  
sed etiam in linguis, & tota philosophia præclare doctus, &  
in lingua græca ita instructus, ut etiam vernaculam linguam,  
quæ hodie in Græcia in usu est, mediocriter calleat. Quæso,  
ut ad me, quomodo se res habeat, per hunc nuntium dili-  
genter rescribas, & si fieri potest & necessarium esse judicas,  
etiam ante abitum aliquid cum illustrissimo principe conferas.  
Bene & feliciter vale. *Sultzbachii* d. XXVIII Aprilis anno  
CICIDLXII.

*Venerando viro, pietate & eruditione præstanti, C.  
Hieronymo Raufchero, incliti principis, ducis Wolf-  
gangi, comitis palatini ad Rhenum &c. a sacris con-  
cionibus. Domino & compatri suo honorando.*

## VIII.

## E J U S D E M.

A D

CASPAREM PEUCERUM.

*Nil sibi esse, quod ad novam scriptorum Melanchtho-  
nis editionem conferre possit, præter epistolas ad se  
ab eo scriptas. Quid scripti sit Distinctio locorum  
communium sibi præscriptorum. Ab aulicis nego-  
tiis se haud immunem esse, quamvis ab aula discesserit.  
Vestenbergii filio ope præsto sit & consilio.*

*Clarissime vir, affinis & frater charissime.*

Z 3

Lit-



Litteras tuas, in quibus mihi editionem scriptorum foceri tui, viri optimi & sanctissimi, significas, ipso die paschatis Norimbergæ accepi, cum antea vidissem primam partem a vobis editam. Quantum ad mea collectanea attinet, velim me aliquid operæ vestris laboribus adjungere posse. Sed non puto, me aliquid ex scriptis illius vel epistolis habere, cujus non sit exemplar apud *D. Eberum*, vel *D. Crucigerum*, vel etiam apud *D. Joachimum Mollerum*, exceptis iis epistolis, quas ad me emisit. Eas si voles, curabo, ut descriptæ ad te mittantur. Quodsi diligentiozem operam a me requiris, consultum esse arbitrarer, ut capita seu catalogum eorum scriptorum, quæ apud vos extant, mihi communicares, ut ea cum meis silvulis conferre possim. Nam si quæ vobis deerunt, quorum mihi copia est, libenter dabo operam, ut ea transmittantur.

*Distinctionem locorum communium*, quam mihi enarranti librum *Ethicorum* præscripsisse affirmas, nullam aliam memini, nisi quod singulis præceptis decalogi adjunxerit nomenclaturas & definitiones virtutum & vitiorum, quam methodum postea secutus *Chytraeus*, peculiarem libellum edidit, quem inscribit *regulas vitæ & virtutum descriptiones*. Quodsi nihilominus hanc annotationem a me requiris, mittam primo quoque tempore. Necessè est autem, ut prius evoluam chartulas meas, quæ sane propter crebras migrationes dispersæ sunt. Valde autem oro, ne graveris mihi significare, quod sit consilium vestrum in distinctione omnium librorum seu scriptorum.

De præfectura mea quod mihi gratularis, amanter gratiam habeo. Cum diu quæsissem occasionem discedendi ab aula, tandem illustrissimus princeps voluit me huic muneri præesse, quod nullo modo ambivi. Etsi autem ejus administratio non parum tædii & laboris habet: tamen si ad priorem conferatur, tranquilliori conditione uterer, si ab aulicis negotiis plane immunis essem: nunc utroque loco laborare



borare cogor, & sæpe hinc cum magna molestia mea ad aulica negotia avocor.

Is, qui has ad te litteras perfert, præceptor est adolescentis nobilissimo loco nati. Nam pater ejus *Joannes Crato a Vestenberg* ante multos annos, vivente duce *Ottone Henrico*, piæ memoriæ, ducatum Neuburgensem loco principis gubernavit, & nunc quoque præcipuæ præfecturæ præsidet, sicut ex iis litteris intelliges, quas princeps ad te & *D. Eberum* scripsit. Etsi autem non necesse est, litteris ducalibus meas commendatiunculas adjungere, tamen, quia pater adolescentis, vir bonus, prudens, integer & amans pietatis est, & de ipsius adolescentis indole bene speratur, non potui omittere, quin & illum & præceptorem illius, quem audio esse juvenem modestum & pium, tibi diligenter commendarem. Ac imprimis oro, ut illis adjutor sis, ut habeant commodam habitationem & mensam. In qua re & patri & mihi officium gratissimum præstabis.

Bene & feliciter vale, ac uxori, liberis, & ceteris amicis ex me salutem dicito. Salutatur etiam vos uxor mea. Datæ *Sultzbachii* d. XIV Maji an. MDLXII.

*Clarissimo viro, pietate, eruditione, & virtute præstanti D. Caspari Peucero, Artium & Medicinæ Doctori ac Professori in inclita academia Wittenbergensi &c.*

X.  
E J U S D E M.

A D

JOANNEM SEBASTIANUM PFAUSERUM.

*D. Paulum Unicornium ei commendat. ut is Linguae theologiae & Hebraeae linguae Professor constitutur, in optatis habet. Ut ejus patrocinium suscipiat, petit.*

*Reverende vir. Domine & amice colende,*

Is,



Is, qui has litteras exhibet, *Paulus Unicornius*, est sacrae theologiae, & antequam eum ordinem suscepisset, etiam medicinae Doctor, vir pius, bonus, integer, & non solum in theologia & tota philosophia, verum etiam in linguis praclare eruditus. 1) Cum optimus princeps, Dux *Otto Henricus*, laudabilis memoriae, in vivis esset, Professor theologiae in academia Heidelbergensi factus est 2); postea vero, exortis in eo loco disputationum confusionibus, ibi dimissus est 3); sicut multis aliis bonis & doctis viris accidit. Fuit hic mecum per multos dies, ejusque conversatio mihi jucundissima accidit. Nunc certorum negotiorum causa Norimbergam & Augustam proficiscitur, & simul in eo itinere te Lauingae convenire cupit. Natus est in familia veteri, quae ex Nordlinga originem ducit. Ideo videtur, tanquam patriae amans & studiosus, si locus daretur, non procul inde consistere velle. Optarem eum theologiae & Hebraeae linguae apud vos Professorem constitui, & prima etiam occasione conabor eum illustrissimo principi diligenter commendare, quanquam jam ejus rei fundamenta quaedam jacta sunt. Te quoque oro, ut illum commendatum habeas, & si eruditio

- 
- 1) Similiter *Rabus* epistola ad *Marbachium*, quae n. L est partis III epistolarum theologicar. a *Fechtio* editarum p. 164. Peramanter rogo, ut hunc Unicornium tibi commendatum habere, & pro auctoritate tua, quantum potes, promovere velis. Scripta ipsius certe testantur, hominem & inventione & dispositione, nec non tractatione rerum alias abstrusarum valere plurimum. Eum ego vobis opto, & gaudeo, in locum *Eceboli Zanchii* substitutum esse. Sed aliter de eo existimavit *J. Jac. Grynaeus* in epistola ad *Lingelsheimium* scripta (apud *Miegium* parte II Monumentorum p. 161) dicens, os Unicornio huic fuisse plumbeum.
- 2) Tum equidem factus est: ad obitu vero ejus Heidelbergam demum venit mense Aprili an. MDLIX, ut *Altingius* habet *Histor. ecclesiasticae palatinae* Sect. II Artic. II cap. III p. 164.
- 3) Initio anni MDLXI, *Altingius* l. d. Artic. III cap. X p. 185.



ditio & modestia illius, ut non dubito, tibi probabitur, eum per litteras principi nostro studiose insinues, ac auctor sis, ne e manibus dimittatur. Prolixius scriberem, nisi scirem, te ea humanitate esse, ut hominem, etiam non rogatus, summo studio complexurus sis. Commendabis etiam illum *D. Cypriano* 4). Bene & feliciter vale, & communibus amicis nostris meo nomine salutem dicito. Datæ *Sultzbachii* ipso die pentecostes, anno MDLXII.

*Reverendo viro, pietate, eruditione, virtute, ac dignitate praestanti, Domino Joanni Sebastiano Phaulero, Serenissimi regis Bohemiae ecclesiastae, Superattendenti ecclesiarum in Ducatu Neoburgensi, & Pastori Lauingensi. Domino & amico suo honorando.*

XI  
E J U S D E M

A D

JOANNEM BAPTISTAM HEINTZELIUM.

*Paulum Unicornium ei commendat. ut eocum de scripto adversus Boquinum amanter conferat, petit.*

*Amplissime vir,*

**E**t si ante biduum ad te scripsi, tamen cum *D. Paulus Unicornius*, sacrae theologiae, & antequam hunc ordinem susciperet, etiam medicinae Doctor, diceret, se ad te profecturum esse, omittere non potui, quin eum tibi commendarem.

A a

darem.

---

4) *Cyprianum* intelligit *Leovitium*, qui tum Lauingæ in schola recens instituta Matheseos Professor constitutus erat. Vir studiis mathematicis admodum celebris. vid. *Baelius* Tomo III *Lexici*, voce *Leovitius*, p. m. 93 & seq.



darem. Existimo autem, illum tibi antea notum esse. Et vir dignus est omnium bonorum benevolentia, non solum propter multiplicem eruditionem, sed etiam propter insignem modestiam & moderationem, cum constantia conjunctam, quam præstitit in illa mutatione religionis, quæ ad Neccarum exorta est.

Habet scriptum præ manibus, in quo *Boquini* deliria refutat, & simul defendit auctoritatem & dignitatem Augustanæ confessionis. Hortator illi fui, ut tuum judicium expeteret. Rogo igitur, ne graveris cum illo de his rebus amanter conferre. Expedi enim ecclesiæ & reipublicæ, ut bonorum judicia jungantur. Bene & feliciter vale, *vir præstantissime*. Datæ *Sultzbachii* ipso die pentecostes, an. MDLXII.

*Amplissimo viro, nobilitate generis, sapientia, pietate & virtute præstanti, D. Joanni Baptistæ Heintzelio, patritio & consuli Augustano. Domino & amico suo honorando.*

XII.  
E J U S D E M

A D

FERDINANDUM A PETRA ALBA.

*Se etiamnum in eam venire cogitationem, fore, ut ei Lauingæ professoris conferantur munia, velle igitur, ut significet, quo res suæ sint statu.*

*Clarissime D. Doctor,*

Cum diu nihil literarum abs te acceperim, non potui intermittere, quin ex Neoburgo etiam absens curarem hunc tabellarium ad te mitti, ut explorarem, quo in statu essent res tuæ. Nam ego eam cogitationem nondum deposui, fore ali-



aliquando, ut jura Lauingæ profitearis, quamvis adhuc nihil certi de ea professione constitutum est, & ego etiam de aliena voluntate certi aliquid promittere non possum. alioquin sine ulla intermissione hoc tibi significassem. Valde igitur oro, ut me, ubi sis, quid speres, vel de rebus tuis constitutis, certiore reddas. Nam etsi nunc peregre proficiscar, tamen velim me intra spatium trium hebdomadarum responsum tuam impetrare posse, quia existimo, me circa id tempus ad aulam cæsaris profecturum esse, ut ibi cum viro ornatissimo *D. Hallero* de hoc negotio conferre possim. Quod si aliquid illi scribere constituisti, & huc ad me miseris, curabo, ut vel per me vel per alios diligenter ad ipsum perferatur. Bene & feliciter vale. Datæ 11 Junii an. MDLXII.

*Clarissimo viro, pietate, nobilitate & virtute præstanti, D. Ferdinando a Petra alba, J. U. D. Domino & amico suo honorando.*

### XIII. E J U S D E M

A D  
E U N D E M.

*Molestum sibi esse, quod ei fortuna in loco condigno consequendo haud adspiret. Se quidem causam ejus huc usque diligenter egisse, eamque denuo Ministris aulae Neuburgensis commendaturum esse: certi tamen aliquid promittere haud posse. ceterum optare, ut sedem in Germania inveniatur, nec ex ea demigret.*

*Clarissime vir,*

Cum his diebus domum rediissem, legi literas tuas, in quibus mihi statum conditionis tuæ explicas. Ac sane doleo, ingenium natum ad optima studia ornandum, cui ac-

A a 2

cessit



cessit insignis industria & rerum experientia, jam quasi in ipsa herba deseri, nec reperire locum doctrinæ & virtuti convenientem. Permolestum etiam mihi est, quod te non ita prouehere possum, sicut ex animo cupiebam ac optabam. Vere enim affirmare possum, me summo studio egisse causam tuam, ac etiam aliquoties in spem venisse, fore, ut apud nos commodum locum inuenias. Sed varia inciderunt impedimenta, quæ hæctenus hanc meam de te, & simul etiam de præclarissimis studiis, in quibus magna cum laude versaris, bene merendi voluntatem retardarunt. Ex quibus facile coniiicere potes, me certi aliquid de conditione Lauingeni vel aulica, præsertim in tam brevi temporis spatio, quo te ex Germania migraturum esse scribis, nunc polliceri non posse. Nollem enim te vana spe lactari, præstabo tamen id, quod potero, & rursus monebo eos, qui his rebus administrandis præsumunt, ut cogitent de hac conditione, quæ ipsis oblata est. Nam ego, sicut te scire existimo, non amplius muneri Cancellariatus præsum, nec domicilium habeo in aula, sed versor hic in administratione præfecturæ Sultzbacensis: quæ res facit, ut hæc & similia negotia minus regantur ex consilio vel opinione mea. Omnino autem optarem, te in Germania sedem habere multas ob causas, tum vero præcipue propter religionis confessionem: cujus rationem in primis habendam esse homini Christiano, non puto te dubitare. Hæc me scribere cogit amor, & studium meum, quo te propter excellentem eruditionem & virtutem complector. Bene & feliciter vale. Datæ Sultzbaci d. XXVII Junii an. MDLXII.







illius scripti ad tempus idoneum concederetur, non gravarer illud diligenter perlegere: non quod mihi hoc tribuam, ut te multa monere possim, sed præcipue eam ob causam, ut in hac controversia, in qua me malevolentia quorundam non leviter exercuit, cogitationes meas cum tuis conferrem. Bene & feliciter vale, vir doctissime. Datæ XXVII Junii an. MDLXII.

XV.

## E J U S D E M

A D

JOANNEM BAPTISTAM HEINZELIUM.

*Probe se meminisse, qui superiori anno ipsum inter & se fuerint sermones. Cur suam operam civitati Augustanae tum non plane condicere potuerit. Quo animum suum illo tempore inclinavit. Quam inanem in spem devolutus sit. A duce Mecklenburgensi honestissimam functionem sibi nunc enixe deferri. Cum spatium deliberandi sumserit, se rogare, ut amice & benevole, quid consilii hic capiendum sit, expromat.*

S. D.

Qui fuerint præterito anno inter nos sermones, cum de migratione ex aula nostra cogitationem jam multo ante suscepis-

---

paucis ante obitum mensibus ad *D. Laurentii ecclesiasten*. vid. *Zeltnerus* dissertatione *de vita, fatisque* Mauriti Helingi § XVI p. 26, & *de vita, meritisque* Joannis Kaufmanni § VII p. 13. quippe vir erat doctus, & *Lutheri*, cujus aliquot annos *συσσιτος* fuerat, sectator, strenuus purioris religionis hyperaspites. Partem ultimam *commentarii Lutheri in Genesin*, quem *Vitus Diericus*, eoque mortuo *Michael Rotingus* edere cœperant, luci publicæ dedit. vid. *Seckendorf* lib. III *Historiæ Lutheranismi* §. CXXXIX n. 4. p. 670.



cepissem, & favore tuo & magnifici viri, præfecti urbis *D. Rechlinger*, mihi spes honestissimæ functionis in Republica vestra ostenderetur, procul dubio adhuc meministi. Ego sane hujus rei memoriam nulla ratione deponere a me possum, cum ex ista familiari conversatione & liberalitate amplissimi Senatus, quæ post secuta, non obscure intellexerim, te & rebus meis optime consultum esse cupere, & non diffidere, quin mei aliquis usus in vestra republica esse possit.

Quæ autem fuerint causæ, seu potius impedimenta, quod tum operam meam urbi vestræ plane addicere non potuerim, credo te in recenti adhuc memoria tenere. Non poteram enim ita subito me ex ministerio Principis mei avellere, & discrepantia religionis in eadem gubernatione, & alia quædam, quæ jam commemorare non est necesse, me ab hoc proposito absterrebant. Accedebat etiam majoris otii & tranquillitatis cupiditas, qua me frui posse sperabam, si a quotidianis & continuis turbis gubernationis quasi semotus, uni alicui & certæ functioni incumberem.

Sed me mea opinio multum fefellit. Nam hoc sesqui-anno, quo ab aula abfui, ita distractus sum variis peregrinationibus & negotiis, ut neque illi functioni, cui adhibitus sum, legitimo modo præesse, neque privatis rationibus meis vel minima ex parte consulere potuerim, & quod molestissimum est, mutata conditione secuta est etiam animorum mutatio seu abalienatio in quibusdam locis; quæ omnia animum meum, quamvis reluctantem, eo impellunt, ut me ab hac provincia, quam gero, vel potius ab hoc pistrino, in quo jam per duodecim fere annos ingens & periculosum saxum volvo, si Deus vitam dederit, & meis consiliis aspiraverit, liberare cogar.

Et quanquam animus meus eo inclinatur, ut malim in hoc oppido, tanquam privatus, addicta tamen opera aliquibus magistratibus, certis quibusdam conditionibus, aliquantisper vivere; tamen haud scio, annon sint futuri aliqui, qui  
quod



quod ipsis operam meam, qualem ipsi expetunt, denego, propositum meum fortasse impediunt. Muniendus igitur est animus meus ad omnes fortunæ vices æquo animo perferendas, & simul circumspiciendum de aliquo nidulo, si forte aliqua tempestas me hic, ubi maxime cupio, sedes figere prohibeat.

In his cogitationibus dum exerceor, inter cetera media, quæ se ostenderunt, illustrissimus Princeps *Joannes Albertus* dux Mechelburgensis, qui jam in coronatione Regis Romanorum Francofordiæ fuit, insigni significatione clementiæ mihi obtulit non solum liberale & honestissimum stipendium, sed & amplissimum honorarium, & præterea sumptus itineris valde liberaliter, ea conditione, ut illi operam meam ad aliquot annos promitterem. Et si autem tunc, cum princeps coram hæc mecum ageret, me propter longitudinem itineris & alias quasdam incommoditates, in primis autem, quod ab aulicis functionibus in posterum abhorream, me prolixè excusavi: tamen cum hanc diligentem excusationem meam non recipere, sed refutare conaretur, ac adeo benigne urgeret, ipso etiam Principe hortante sumsi spatium ad deliberandum.

Cum igitur, quantum ad me & domesticas res meas attinet, satis difficilem deliberationem susceperim, nolui aliquid certi sine amicorum consilio statuere, & in primis tuum consilium quærendum esse duxi, quem scio non solum prudentia & rerum usu valere, sed etiam mihi amicissimum esse, nec dubito, quin princeps Mechelburgensis tibi multis de causis notus sit. nam & proximo conventui Augustano aliquantisper adfuit, & ante decennium in illorum principum castris & fœdere versatus est, quorum armis captivi principes Germaniæ liberati sunt. Mihi nunquam ulla cum eo intercessit notitia, nisi quod eum aliquoties vidi. Sed semper audivi, in eo esse egregiam pietatem & eruditionem.

\* Si



\* Si in hac superiori Germania sedes suas haberet, non facile hanc gratiam, quam offert, si ita Deo visum esset, e manibus excuterem. Sed perspectæ mihi sunt molestiæ & difficultates eorum, qui cum uxore & liberis suis peregrinantur; nec etiam ingenia, mores, & consuetudines ejus gentis, quibus dominatur, mihi notæ sunt. Sed cum præter omnem meam spem & expectationem hic princeps tanta benignitate me sibi devincire velit, variæ cogitationes exercent animum meum. Nam ut maxime privatum emolumentum (cujus rationem, quam rei publicæ, minorem habendam duco) me propter liberos meos non moveret; tamen multa mihi in

B b

men-

\* Et erat certe princeps cum pius, ac purioris religionis, si quis alius, amans, tum maxime eruditus.

Inter difficiles sane rei publicæ curas, haud parum sacris tribuit meditationibus, ac quicquid in scriptis patrum & *B. Lutheri* observatu dignum, sibi que proficuum judicabat, excerpfit, collegit, inque librum justæ molis congeffit. *Hedericus* elegia in obitum ejus scripta § 81 & seq. *Thomasius* periodo III rerum *Gustroviens.* § XIV p. 159. Speciatim in memoriam supremi regressus diei, metæque mortalibus omnibus positæ, librum confecit, non parum ad sanctioris vitæ usum atque ἐυδαιμονίαν facientem, qui *Meditatio* mortis inscriptus est, atque post obitum ejus publicam in lucem prodiit. *Thomas* l. d. adnotat. lita) p. 161 & seqq.

Tum vero non solum in studio, quod *Politicen* Græci dicunt, ac facultate oratoria egregie versatus erat, verum etiam in mathematicis disciplinis, præsertim in fiderali scientia, tantos fecerat progressus, ut omnes stellarum positus, planetarum motus, atque adeo universam corporum cælestium rationem calleret. *Thomas* l. d. § XXVI adnotat. n. 6 p. 215 & seq.

Quum latinum sermonem plurimum amaret, & genuinam ejus puritatem singulari diligentia sectaretur, lectionis *epistolarum Ciceronis* tam cupidus fuit, ut has non aliter, atque *Alexander Homeri* carmen, *Scipio Xenophontis* *Cyripædiam*, circumtulere, manibusque triverit. *Hedericus* l. d. § 131 & seq. *Burckhard* cap. V de *linguae latinae in Germania fatis* p. 415 & seq.



mentem veniunt, quæ interdum eo me deducunt, ut dubitem, an fortasse singulari fato alio evocatus sim.

Te igitur officiose & amanter oro, ut tuum mihi consilium per hunc tabellarium, si fieri poterit, vel si tantum otii nunc non est, primo quoque tempore per Norinbergam significes. Differam enim responsum dandum principi, donec sententiam tuam cognovero. In qua re novo beneficio me tibi devincies, nec vicissim deerunt tibi studia & officia mea, si qua ex hac tenuitate rerum mearum proficisci poterunt.

Christus, filius Dei, qui nos sanguine suo redemit, cujus mirandi beneficii memoriam his diebus celebramus, concedat tibi & toti honestissimæ familiæ tuæ hunc venientem annum felicem, faustum, & salutarem, teque ecclesiæ ac rei publicæ superstitem & incolumem quam diutissime conservet. Bene & feliciter vale, *vir ornatissime*. Datæ Sultzbachii in die Innocentum, in fine anni MDLXII.

XVI  
E J U S D E M

A D

PETRUM AGRICOLAM (a)

*De molestiis ejus. de Joan Sachs laboribus poeticis. de præsentis Pantaleon. Candidi (cujus rationem in tempore habendam esse, suadet) sorte, statuque. de Sturmii scripto quantocius edendo. de Aventini annalibus Boicis. de odiis muliebribus cavendis. de valetudinis suæ statu. de Heshusii eruditione & ingenio. de occasio-*  
*bus*

---

(a) *Petrus Agricola*, inter præceptores principum juventutis Wolfgangi Ducis filiorum, Philippi Ludovici & Joannis, tertius isque egregius, atque cum munere hoc summa cum laude defunctus es-



*bus crescendi, quas Bavari neglexerint, Austriaci contra studiose amplexi sint. de Drechsellii morbo. de Nobili, quem principi natu majori adjungendum quidam consulant. de fluxa Hungarorum erga reges suos fide. de difficultatibus, quas Caesari a Turcis, aliisque metuat. de Waiwodæ genesi.*

S. D.

Ago tibi amanter gratias, vir doctissime, quod tam sæpe & copiose ad me scribis, nec propterea, quod rarius respondeo, hoc officii genus intermittis. Credo, me ad quinque epistolas tuas nondum respondisse. Primum autem ad eam partem litterarum tuarum aliquid respondendum est, in quibus te tam diligenter excusas, quod tuas molestias & sollicitudines interdum mecum communices. Ego vero pro ea amicitia, quæ inter nos est, omnino optarem, ut meo la-

B b 2

bore

---

set, ad vitæ usque finem fuit a consiliis. His vero eum extulit verbis G. Cleminius, Gymm. Lauingani Rector, in orat. de curriculo vitæ, præcipuis virtutibus & obitu Philippi Ludovici, C. P. R. cet. p. 10: *In illius (Marii) locum suffectus est, vir omnium virtutum, doctrinarumque genere præstantissimus, Petrus Agricola, piæ memoriæ, qui veterum Philosophorum more, tam vitæ & exemplo bono, quam doctrina & eruditione (quæ omnium est optima & fructuosissima informandæ juventutis ratio) docens, & has quasi faces præferens, illum vera de Deo religione ac pietate, nec non aliis virtutibus ac disciplinis, præsertim vero iis, quibus instructi esse debent, qui aliquando ad gubernacula sedebunt, accurate & religiose instituit; cf. quoque, quæ de viro isto sollertissimo acque & honestissimo testatus est Jo. Sturmius in Scholarum Lauinganarum dedicatione ad dictos principes tum juventutis scripta. Neque igitur mirum est, quod ipsi summa familiaritas cum Sitzingero, viro doctrina & virtute primario intercessit. Reliquit vero Petrus filium Magnum Agricolam, pastorem & Superattendentem ad B. Mariæ virginis Neoburgi.*



bore & molestia tibi tuas difficultates lenire possem, nec ego tua causa aliquid laboris detrectarem, si ulla spes nobis ostenderetur, aliquid conficiendi. Sed vides, quales sint nostri & nostrorum conatus & actiones: necessaria negligimus, non necessaria facimus, præsentia & mediocria fastidimus, de aliis rebus consultamus, & ea, quæ nostri muneris sunt, non curamus; ut vere de nobis dici possit illud Euripideum, *εἰ τις ἂν μεγάλα δῶκεν ἢ παροῖσα ὄνχι φέρει, μαινόμενων οἱ δὲ τροποί.* Sed Deus dabit vel hic quoque finem, vel quædam, pro ingenti misericordia sua, mitigabit, vel emendabit. Interea mutuis colloquiis nos invicem confirmemus: ἦδὺ γὰρ φίλος λόγος ἔστι τοῖς λυπομένοις.

Ineptus nuper fui, quod, cum Norimbergensem poetam nominares. non intellexerim. Sed paulo post, cum nondum a te monitus essem, succurrebat *Saxo* noster; quem ego non rythmographum, sed celebrem & facundum nostræ linguæ poetam dicere non dubito, & propter ingenii elegantiam & propter rerum varietatem, quas descripsit. Et profecto ipsius libri, quorum jam extant tria justa volumina, plus doctrinæ & sapientiæ in se continent, quam multa hujus temporis scripta, etiam eorum, qui se inter sapientes numerari existimant. Fratri uxoris meæ familiariter notus est. Per eum, si quid contra Esauitas cudendum est, facile præstabis, modo tu argumentum suppedites.

*Panthaleon* græcæ linguæ non ignarus est; sed an in ea excellat, nescio. Credo, hoc anno ipsi stipendium negatum iri. nam consilarii Bipontini jam dudum cogitant illum revocare. Consultius igitur esset, ut Lauingæ, quam alibi doceret. Significabis igitur, an ibi certo locum habere possit, & ne alius minus idoneus antevertat. Dominus *Ostermannus* procul dubio cavere potest (b). Scriptum *D. Sturmii* (c) op-

(b) *Pantaleon* iste dicebatur nomine gentilitio *Weiss*, quod latino *Candidi* commutavit ipse Melanchthonis discipulus, cujus vitam



(c) optarim primo quoque tempore in lucem prodire, si fortasse nos postea puderet, ea re ipsa non præstare, quæ verbis pollicemur.

Ea, quæ ex *Aventino* annotasti, me hortantur, ut autorem illum evolvere cupiam, si modo facultas legendi restitueretur, etsi antea quoque præclare de illo sensi; quia sciebam, illum ex publicis monumentis Bavaricæ multa defumisse. Sed in eo peccavit, quod multarum familiarum Germanicarum appellationes latine proferre conatus est: quæ res fecit, ut pleraque nomina interciderent. Audivi aliquando a *D. Eckio*, *Eckii* Bavarici filio, se habere exemplar manu scriptum, in quo multa sint, quæ principes Bavarici edi non voluerint. etsi quoque is liber, qui extat, ne publice vendatur, in Bavaria interdictus est.

De gynæceo quæ scribis, valde miror; nec tibi tam labor ipse fingendus est, quam alia pericula vitanda. Tibi enim notissimæ sunt historiæ, in quibus etiam optimi propter muliebria odia in periculum venerint, & me partem ejus molestiæ tulisse, nescio, an affirmare audeam.

Sermonem *D. Lutheri* de genere morbi, cum quo conflictabatur, cum voluptate legi, quanquam me illius naturæ & viribus comparare non possim, & in viris heroicis multa conspiciuntur, quæ ad me & mei similes, qui infra medio-

B b 3

cres

---

satis ample descripsit *M. Adami* in vitis Theol.

Neque vero is tum ad Musas Lauinganæ accessit, sed Bipontum evocatus hoc ipso anno præesse coepit scholæ Latinæ Bipontinæ, eodemque post ad ecclesiam Hinfuillanæ translatus est, unde tum ad diaconatum Meisenhemensem, tum Bipontinum vocatus est. Atque is an. 1571 mortuo *Cunmanno Flinsbach* unus omnium dignissimus videbatur, qui & Pastoris & Episcopi ecclesiarum per universum Ducatum munera consequeretur. Sed erit, qui illius laudes peculiari scripto persequatur.

(c) Indigitat Scholas Lauinganæ, quæ hoc ipso anno primum typis excusæ sunt.



cres fumus, transferri non possunt. De uxore, cum ad thermas proficiscendum est, domi relinquenda, miror, te, qui cælibem vitam agis, rei uxoriæ tantam cognitionem habere. Sed jam transierunt pene dies mei. Nam etsi non sit ætas grandior, tamen ejus temporis vix recordari possum, quo uxorem duxi, ingrediebar enim tunc annum vicesimum tertium. Ipse princeps nuper in similem sermonem ingrediebatur: cui respondebam, nulla re mihi magis opus esse, quam sano capite. quæ verba tamen non unam tantum interpretationem recipiunt. Quod ita copiose cum *D. Andernaco* de valetudine mea contulisti, eo nomine tibi non tantum gratias ago, sed etiam de tua voluntate erga me certissimam conjecturam facio; de qua & antea nunquam dubitavi, & ut dubitarem, nullam causam habui. Existimo, me obtemperaturum ipsius consilio, si Deo ita visum fuerit. Sed mutatio tempestatis, in ipso paschatis die orta, videtur tam diu duratura, ut ejusmodi consilia aliquantisper remorari possit. etsi omnino, Deo vitam prorogante, constituerim, valetudini operam dare, & divina naturæ remedia non negligere. Verissimum enim est, quod ille ait: ἐν ἑστ' ὑγείας κρείττον ἔδειν ἐν βίῳ.

*D. Heshusium* virum doctum & ingeniosum esse, non dubito, & mihi aliqua cum ipso inita fuit notitia, eo tempore, cum Heydelbergam venissem. Et in ipso homine corporis dignitas conspicua est. Sed nimis acerbus fuit in præceptorem nostrum *Philippum*, quem edito scripto male tractavit, eique inter cetera veteratorias artes objecit, a quibus ille, ut scis, alienissimus fuit. Sed cum post ea tempora varie agitata sit, & ætas accesserit, credo ipsum modestiorem factum. νεος γὰρ ὧν ἔδοξεν μὲν, ἐφρονεν δ' ἄδειν. & plerumque ita comparatum est, ut iis, qui vel in ecclesia, vel in republica versantur, sint ἡ παθημῶτα μαθημῶτα. An nostri, qui illum accersiverunt, cum ad tractationem de stipendio ventum fuerit, satisfacturi sint, ut tu scribis, ubi videbimus, videbimus. *D. Marbachii*



*bachii* scriptum ex nundinis Francofordiensibus avide expecto.

De origine nostrorum Principum quæ scribis, miror, cum multi antehac plane affirmarint, *Wittelsbachios* ortos esse ab *Arnolpho*, quem naturalem, non legitimum fuisse, certum est. Scio ipsum *Aventinum*, quem tamen jam non aspexi, accusare ignaviam hujus familiæ, quod multas crescendi occasiones non tantum neglexerint, sed etiam ea, quæ jam divinitus ostensa fuerint, excusserint. Scis enim, eos non exiguum partem inferioris Germaniæ tenuisse: imo & Marchionatum Brandenburgensem. Et quoties regni Bohemici occasio oblata est? Ungariam tenuit *Otto*. Daniam, Sueciam, & Norwegiam *Christophorus*. Quo tempore, si aliqua nostrorum insignis virtus & diligentia fuisset, etiam deficientibus ex linea descendente heredibus, via ad retinenda regna iniri poterat, cum tot essent in ea familia illustres. De comitatu Tyrolensi, Styria, Carynthia, & aliis provinciis quid dicam? cum post bellum Bavaricum nostri tandem, ut illi juri renunciarent, a *Maximiliano* coacti sint. Austriaci vero quam brevi tempore & illi familiæ & aliis anteverterunt? Sed fatalia hæc esse, non dubito. Et scis, *Mardonium* apud *Herodotum* dicere, ὅτ' δεῖ γενεσθαι ἐν Θεῷ ἀμηχανοῦ ἀπορροψαι, και εδεις τοις δε λεγασι πιστα πειθεσθαι εδουλει. Memorabile est, quod majores nostri dixerunt, & ego a quodam illustri viro aliquando accepi, qui se id ipsum ab avo suo accepisse dicebat. Causam, quare Bavarica familia decreverit, hanc esse: *Wann ein Hertzog von Bayern in die Dürnitz im kalten wetter gangen sey, und ihm ein treuer Diener nachgefolgt, hab er die Thür zugeschlagen, und den Diener draufs uffwarten lassen. Wann aber ein Hertzog von Oesterreich dergestalt in die Durnitz gangen, hab er sein Hand im hieneingehen wieder hinter sich gestreckt, und den Diener selbst mit der Hand hinein gezogen, dass er sich auch wärme und nit erfriere.*

D. Wal-



*D. Waltherum* (d) adeo periculose ægrotasse, ipsius causa doleo. Sed ut hoc genus morbi subito accedit, ita spero, eum jamdudum Dei beneficio convaluisse. Erat hic morbus usitatus inclyto Principi, Duci *Othoni Henrico*, qui sæpe conquerebatur accedente hoc malo, se talia συμφορα pati, qualia in initio pestiferæ luis accidere solent.

*De Nobili* illo, quem ii, quos nominas, principi natu majori adjungendum esse existimant, prorsus nihil mihi constat (e). Scis, quam facile hoc genus hominum simili loco natos commendet. Familiæ nomen puto me antea audivisse. Sed nota tibi est natura ejus gentis. Scribam ad amicum quendam Assessorem judicii imperialis, nam existimo, eum aliquantisper ibi hæsisse. Et *D. Waltherus* idem ad fratrem (f) præstare posset.

De defectione vngarorum equitum antea nihil audivi, & heri ex Norimberga literas accepi, in quibus extant ea, quæ ex adjuncta schedula intelliges. Sed magna semper, ut tu scribis, perfidia hujus gentis erga reges suos, præsertim in cæsa-

- 
- (d) *Waltherus Drechselius*, J. U. D. Consilarii primum partes Bionti, dein Neoburgi sustinuit, tandem post Sitzingerum in amplissima Cancellarii Neoburgici dignitate, æque ac civili prudentia & virtutibus illustris fuit. Habuit is, ni fallor, successorem in hac dignitate *Georgium Ludovicum Frölich*, post cujus fatum eandem adeptus est clarissimus *Joannes Zeschlinus*.
- (e) *Cleminius* l. c. p. 12 refert, Philippum Ludovicum Principem ann. 1565 in aulam Maximiliani II Cæsaris omnium fere optimi splendidissimam ablegatum comites habuisse & morum præfectum *Adamum a Galen* & studiorum magistrum *P. Agricola*. Anno 1579 quidem ad nos advenit *Adamus de Gahlen* in *Muchhausen*, junior, atque ad honores & consilarii & Archisatrapæ Tabernæmontani viam invenit: sed nescimus, an is idem sit cum illo, de quo in litteris hisce agitur.
- (f) Fuit is *Melchior Drechsel*, J. U. D. & Cameræ Imp. Spirensis Assessor.



cæsares, fuit. Quantis cum calamitatibus conflictatus est ipsorum causa *Sigismundus*, cujus socrus Regina a quodam præfecto aquis submersa; uxor vero & ipse etiam postea, uxore mortua, in misera captivitate fuerunt. Meministi, credo, nostros sermones de initiis hujus belli. & valde metendum est, ne hic adolescens Imperatori optimo, etiamsi jam compositio facta fuerit, aliquando negotium facessat. Nam Turca, si non senex iste, tamen successor aliquis utetur illo tanquam præcurfore. Et Poloni fortasse se adjungent, præfertim cum ipsius avunculus, Rex Poloniæ, cogitet de repudianda sorore cæsaris propter sterilitatem. Ex Roma enim scribitur, ejus rei habitas esse in Cardinalium consistoriis aliquot consultationes. Veneti etiam non volent Cæsarem in Transylvania crescere, propter vicinam Dalmatiæ oram: quam ipsi tempore Sigismundi & postea suis artibus occuparunt. Ipse etiam Vaivoda miro ingenio esse dicitur. Et existimo, me aliquando ipsius genesin vidisse, in qua magnus est congressus superiorum & aliorum planetarum circa domum, ni fallor, duodecimam pene ad cuspidem primæ. Credo, *D. Cypriano* (g) eam notam esse, & velim, te cum *D. Phausero* & ipso conferre. Quanquam quod ad astrologicas prædictiones attinet, *D. Luthero* multum assentior. Extant, ut a quodam Transylvano audivi ante sexennium, aurei Ungarici cum hac inscriptione: *Stephanus D. G. Rex Ungariæ, si fata voluerint*. Sed Deus est, qui hæc suo consilio mirifice gubernabit, & Cæsarem nostrum in tanta perfidia suorum protegere potest, quod ut faciat, ex animo opto.

Hæc in sinum tuum effundere volui, non tam propter rerum, de quibus scribo, necessitatem, quam ut ostenderem,

C c

assidui-

---

(g) *Cyprianus Leoviti*us, Prof. Mathem. Lauinganus; cujus viduam Dianam Cloeliam postea nupsisse *Petro Agricolæ*, cognovimus ex epithalamio *Nic. Reufneri* in operum poet. P. I, p. 217 sq.



affiduitatem tuam in scribendo mihi longe jucundissimam esse. Bene & feliciter vale, *D. Phausero*, si quando scribis, quæso, meo nomine officiosam salutem nuncies. Rursus vale. Datæ *Sultzbachii* XXVIII die mensis Aprilis, anno MDLXV.

*Doctissimo viro, pietate & virtute præstanti. D. Petro Agricolæ, præceptori Ducali in aula Neuburgensi ad Danubium, amico tanquam fratri charissimo suo &c.*

## XVII.

## P E T R I A G R I C O L A E

A D

U L R I C U M S I T Z I N G E R U M .

*De novis quibusdam: turbis itidem ab Hombergero Lauingae, proposita contra phrasin Majoris, de necessitate B. O. disputatione, nuper excitatis.*

S. P. Etsi non ignoro, te lectione assidua & molesta occupari, tamen certo tabellario has dare volui, licet incerta sint hæc ipsa, quæ scribo. Qui rumores in Berlariana λεχη collectos huc perferri curat, scribit, Vesontione nuper per tumultum a multitudine partim captos, partim cæsos esse, quibus rei summa ibi commendata fuit, idque propterea, quod Evangelicos, ut vocant, tollere decrevissent. Regem Galliarum, de cujus vulnere dudum rumores sparsi sunt, furore agitari. Hugenororum copias ita augeri, ut illorum opprimendorum nulla spes sit. Licentiatus *Wolfius* (a) Cancell-

---

(a) Loquitur de *Jo. Wolfio* J. U. Lic. Consiliario primum Palatino Neoburgico, dein Bada Durlacensi, cujus vitam describit *Melch. Adami* in vitis Ictorum,



cellarii Phorcensis filiam duxit. *Hombergerus* Theologus (b) Lauingæ novas turbas dedit. Inscio & invito Rectore, propositiones proposuit ad disputandum, in quibus odiosissima notatione nominis, *Majoris* certamina renovat: & clare affirmat, alteram contrariam propositionem, *opera bona perniciofa sunt ad salutem*, recte defendi, & bene defendi posse. Hæc importunitas quia Rectori & Præfectis improbata fuit, clare illos in lectionibus Majoristas esse declamavit: excitata rixa minime necessaria & scandali plena. Sed hæc tragœdia brevibus & paucis explicari non potest. Obtulit enim librum magnum, quo factum defendit, ac fautorem in aula invenit, quem minime putes. Nunc demum de schola illa dubitare incipio, cujus mediocria initia hoc anno facta fuerunt. Bene vale. Neuburgi Kalend. Febr. MDLXXIII.

*Dignitatis tuæ studiosissimus*

Petrus Agricola.

XVIII.

NICOLAI REUSNERI

A D

E U N D E M.

*Cratonis Archiatri caesarei pronam erga se voluntatem ei prædicat. Quos Jurisconsultos pro testimonio impetrando compellendos censeat, quaerit. Theses quasdam juridicas ei mittit. Joannem Heupelium commendat.*

S. P. *Petrus Agricola*, communis amicus noster, Amberga ad me literas suas misit: & his conjunxit exemplum epistolæ

C c 2

istolæ

(b) *Jeremias Homberger*, ante Francofurtanæ scholæ Rector, ob vehementiam odii in Calvinianos inde pulsus, Lauingam appulit, vide *Fechtium* in Apparatu ad epist. Theol. Marbach. p. 127



stolæ illius, quam *D. Crato* Archiatros Cæsareus ad te misit. Ex qua intelligo, *vir amplissime*, *Cæsares meos*, opera ipsius & favore, Cæs. Majestati & Exarchis filiis oblatos esse, etsi a me erratum fuerit in nomine Archiducis *Maximiliani*: de quo me quoque per literas admonuit: & sibi facile hoc, quod postulem, impetratum iri videri: si modo duorum Doctorum in jure testimonia & auctoritates obtineam: quæ me hoc dignum honore perhibere possint. Gaudeo autem vehementer, & ex animo lætor, auctoritate vestra negotium meum ita feliciter succedere: & mea consilia, measque operas a vobis probari. Præsertim *Cratonis* fidem & studium in hac causa plane admiror & veneror: qui sponte sua meam causam ita liberaliter agere, & totum hoc negotium in se suscipere non dedignatus sit. Atque utinam illum diem optatissimum videre mihi aliquando liceat; cum utriusque vestrum dignas gratias agere, & pro vestris beneficiis, vobis operam meam, studiumque navare possim. Equidem mihi ad remunerandum nihil suppetit, præter voluntatem & memoriam: spero autem Deum recte factorum omnium remuneratorem liberalissimum, vobis hæc beneficia vestra, quæ in me collata sunt, cumulatissime facturum jucundiora.

Ceterum, quoniam res mea eo deducta esse videtur: ut testimonia duorum jurisconsultorum mihi exquirenda sint: nihil equidem magis exopto, quam judicium tuum, & consilium, quod sine molestia facere possis, per literas cognoscere: quos potissimum hac de causa mihi compellandos esse arbitrare. Permagni enim æstimo judicium tuum grave & prudens: cui, quantum in me est, summa animi cupiditate obsequi studebo.

Mitto jam theses quasdam disputationis juridicæ, de quibus, adjuvante Deo, publice respondere conabor ad diem Lunæ proximum: de quibus etiam judicium tuum expecto. Sunt etiam ante hoc tempus a me propositæ similes disputationes, ut *de justitia & Jure*, item, *de jure personarum*: sed



æ typis excusæ non sunt. Quod ad cetera attinet, res scholæ nostræ mediocriter se habent, & in pristino sunt statu, quem ex *D. Agricola* te cognovisse arbitror.

Literas has dedi *Joanni Heupelio*, Sultzbachio, pio & industrio adolescenti, qui diligentiam, probitatem, & modestiam suam per aliquot annos in hac schola nobis insigniter declaravit: quem ego humanitati & bonitati tuæ etiam atque etiam commendo. Et te pro singulari liberalitate & sapientia tua vehementer rogo, ut literarum hanc interpellationem meam tam insultam & præproperam, æqui bonique facias: & me in benignitate tua & amore perpetuo acquiescere patiaris. Valeat Magnif. T. Lauingæ celerrimo calamo Idibus Julii LXXIII.

*Magnif. T.*

*deditissimus*  
Nicolaus Reufnerus  
*Rector Scholæ.*

*Magnifico viro, & pietate, doctrina, sapientia, dignitateque ornatissimo, Domino Huldricho Sitzingero, S. U. Doctori, & consiliario Caesaris ac Palatino, Domino & Patrono suo reverenter colendo.*

*Sultzbach.*

XVIII.

ULRICI SITZINGERI

A D

CSPAREM CRUCIGERUM.

*Gratum sibi esse, quod Joanni N. tam luculentum dederit testimonium. Veteris amicitiae & jucundam se hucusque retinuisse memoriam, & in posterum quoque*

C c 3

*reten-*



*retenturum. Novo Poloniae regi commeatum per Germaniam datum esse. Biblia Eberi se desiderare, petereque, ut ea, si fieri possit, pro se haud gravatim comparet.*

*Clarissime vir, Domine & amice veteri & fraternae amicitiae jure honorande.* Exhibuit mihi literas tuas *Johannes* noster circa initium Junii, cum ex aula caesaris domum & ad meos Dei beneficio feliciter rediissem. Et ex animo gavifus sum, te non solum ipsi *Johanni* tam luculentum testimonium vitae & studiorum tribuere, sed etiam veteris & fraternae conjunctionis nostrae memoriam tanta cum benevolentia retinere. Et sane, quod ad eum, quem ita prolixè commendas, attinet, dabo operam, ut intelligat, tuam praesertim tam honorificam commendationem, ut merito esse debet, maximi apud me ponderis fuisse; quod fortasse jam pridem re ipsa demonstrassem, nisi post iter Viennense aliae quaedam excursions me impediissent. & ipse nunc ultra mensē abest, ut audio, apud propinquum quendam in Bavaria.

Ceterum, quod ad veterem necessitudinem nostram attinet, omnino tibi persuadeas velim, mihi illam & tunc, cum una esse potuimus, longe suavissimam fuisse, meque nunc etiam, ingravescente aetate, illius summa cum voluptate saepissime recordari, ac nihil antiquius ducere, quam ut illa sit perpetua, firma, & aeterna, sicut etiam in illa meliore & beatiore vita futuram esse non dubito. Nec ulla temporum iniquitas, vel locorum intervalla hunc animum erga te & alios bonos viros, ut spero, mutabunt.

De publicis rebus seu potius calamitatibus scribere non libet. & eram hoc tempore occupatissimus. Quod senatus Electorum, vel potius illorum Delegatorum Francofordiae, Novo Poloniae regi designato (intercedentibus etiam quibusdam Electoribus) commeatum per Germaniam dederit cum 800 equitibus, certis tamen conditionibus praescriptis, &  
certo



certo itinere designato, a vestris hominibus jam ad vos perlatum esse, non dubito. Qualis erit, quæso harmonia gentium Scythicarum & Gallicarum? Sed hæc Deus ordinabit, cui ista, sicut cetera, quæ mutare non possumus, commendemus.

Me singularis cupiditas incessit habere ea Biblia, quæ impensis inclyti Electoris Saxonix & opera doctissimi viri, *D. Eberi* ante aliquot annos in quarto; ut vocant, impressa sunt, ubi latinus textus respondet germanico. Eaque præcipua causa est, quod germanicam versionem *Lutheri* vice commentarii esse duco. Sed bibliopolæ, quos compellavi, respondent, talia exemplaria non vendi publice. Tu, si me in hac re juvare posses, præstares officium longe gratissimum. Nec parcerem ulli pretio. Quæso igitur, ut per hunc tabellarium significes, an alicujus exemplaris spes esse possit, & quanti vendatur. Curabo enim, ut pecunia ad vos mittatur, & libri compacti, tinctæ & correctæ etiam charta, ne perfluat, redimantur. Spero, te non ægre laturum, quod tibi, viro theologo & aliis necessariis rebus occupato, hoc oneris imponere audeo. facio enim hoc confisus veteri nostra familiaritate, & vicissim in ejusmodi vel alio officii genere respondere paratus sum. Bene & feliciter vale, vir doctissime. Salutem reverenter adscribo Clariss. viris *D. D. Majori* & *D. Peucero*, & honestissimis uxoribus & familiis vestris. Ex prædio nostro *Hosenstein* die XV Septembr. anno MDLXXIII.

*Clarissimo viro, pietate, eruditione, & virtute præstanti Domino Casparo Crucigero, S. Theologiae Doctori & Professore in inclyta academia Vitebergensi, Domino & Amico veteri, ut fratri honorando suo.*



## P E T R I A G R I C O L A E

A D

ULRICUM SITZINGERO.

Conr. Heresbachii *lib. de institutione liberorum illustrium*, Hieron. *item* Oforii *de institutione Sebastiani regis Lusitanæ erudite scriptos esse. Polonos quosdam & Gallos e comitatu novi Poloniarum regis Ducatum Bipontinum jam pertransisse. In Gallias item profectos delegatos, eum per Germaniam deducturos. Galliarum regem publice significasse, eum a successione in regnum Franciæ exclusum esse.*

S. Mitto ad te, tardius tamen, quam volui, *Conradi Heresbachii* libros, *de institutione liberorum, qui in illustribus familiis nati fuerunt*, luculente atque erudite scriptos. Nusquam in hac vicinia comparare potui: ideo ex mercatu Francofortensi adferri curavi. Scripsit etiam *Hieronymus Oforius*, Episcopus Sylvensis, VIII libros *de institutione Sebastiani regis Lusitanæ*: quorum priores IV in monasterio Cæsariensi (forte enim in Bibliotheca monachi inveni) avidè percurri. Scripti sunt ad imitationem librorum *Ciceronis de Oratore, ad Q. fratrem*: videturque *Oforius* copia, splendore, atque magnificentia orationis quasi certare cum *Cicerone*. Gravissima & honestissima præcepta tradit. *Machiavelli* & reliquorum Itatorum & Gallorum sceleratam refutat levitatem, qua affirmant, veritatem atque fidem commodis atque utilitate privata æstimandam esse.

Bipontini scribunt, regem Poloniarum ad XV Novembr. Nanceium venturum, atque inde, jam antea sibi significato itinere per Germaniam profecturum. Nonnulli Poloni & Galli, præcipuæ autoritatis, per Ducatum Bipontinum iter  
fece-



fecerunt, qui a Vicario interrogati responderunt, regem cum M. equitibus se Lutetia commovisse. Obviam ei profectus est in Gallias *Ludovicus Comes a Lewenstein*, cui a cæsare adjuncti sunt *Johannes comes ab Eisenburg* & *Ludovicus comes a Widtgenstein*: qui per Germaniam illum deducunt. Ubi apud Parisios Rex novus Polonis juramentum delatum solenni pompa præstitit, Rex Gallicus multitudini significavit, regem Poloniæ fratrem a successione in regno Gallico exclusum esse: quare se mortuo, sine prole mascula, fratri natu minimo regni Gallici administrationem deberi. Biponti pestis sævitia supra L homines extincti sunt.

Bene & feliciter vale. Neuburgi XXI Octobr. MDLXXIII.

*Dignitatis T.*

*Studiofissimus*  
 Petrus Agricola.

XXI.

E J U S D E M A D E U N D E M.

*De laudabili ejus proposito. de rationibus, quæ sibi in negotiis suis utramque in partem obversentur. de Leonharto Baldauf. de Balthasare Imbricio. de Abrahamo Manne.*

S. Binas eodem tempore a te accepi, quarum unæ respon-  
 sionem ad meas habent, alteræ *M. Leonhartum Baldauff*  
 mihi commendant. ad utrasque respondebo paucioribus, ne  
 molestias occupationum tuarum augeam.

Ad nostrorum judicium quod attinet, de confectio-  
 scripti ecclesiastici, recte facis, quod illorum censuram non  
 metuis, qui tantum aliorum recta consilia reprehendere, &  
 labores salutare impedire consueverunt, cum ipsi nihil  
 magna suæ sapientiæ persuasione dignum præstare, neque

D d

velint,



velint, neque possint: quibus conscientia recte factorum, & fiducia opis divinæ opponi debent.

In meo vero negotio illud unum mihi certissimum est, utrum fecero, ejus me pœnitebit. In eo itaque sunt omnia, ut magnis ex duobus incommodis, quod minus est, eligam. Contra conjugium, sanctissimum Dei institutum, non disputo. id enim sine impietate a me fieri non posset. Quod vero in alteram propendeo partem, in causa sunt, ætas jam prope effluxa, & plurimorum exempla, quibus conjugia ætate ingravescente contracta calamitosa admodum & infelicia fuerunt. ad quæ *Salomonis* accedit admonitio: *Exhilaret te uxor, quam adolescens duxeris*. De ceteris difficultatibus, quæ in re domestica constituenda, ingentium instar fluctuum me excepturæ essent, nihil unquam scripsi, neque jam ullum de iis faciam verbum. Quæ enim vitæ meæ sit conditio, quo loco sint, quibuscum vivam, plane tibi cognitum & exploratum est. *ἀλλὰ. γαῖα καὶ γαῖα.*

Optimo juveni, *M. Leonharto* non defuissem, si quid illum mea opera potuisset juvare. Honeste enim illi & bene cupio, cum propter tuam commendationem, tum propter ea, quæ optimus vir *D. Archigrammateus* vester mihi ex *Misnia* redeunti commemoravit. Ipse etiam coram vidi, & moribus illum bonis præditum, & ingenio atque doctrina liberaliter instructum esse. Aliquoties nostris principibus, licet mihi nondum visum, commendavi diligenter: sed cum alii alios nobis, uti fieri assolet, obtrudere conarentur, subinde res hæc in aliud atque aliud tempus rejecta fuit. Ego etiam hac de causa *Leonharto* indicavi, fore in aula *Saxonica* gratiorem, quod *Wittebergæ* ingenium literis excoluisset.

Tandem vero, sub mensis Septembris initium, ab *Augustanis*, *D.D.D. Wolfio*, *Heintzelio*, *Tradelio*, nobis meliori de nota fuit commendatus *Balthasar Imbricius*, natus in *Franciæ* oppido *Königshofen*, qui annis amplius tribus *Henricum Orteburgensem comitem*, *Joachimi* agnatum & clientem,



tem, cum *Pothemio* Barone, domi primum, & deinde apud Argentoratenses, magna cum laude probitatis, industriæ, & doctrinæ instituit. Comites enim bona cum gratia illum fecerunt missum, & testimonio ornaverunt honestissimo. Græce & latine haud vulgariter doctus est. Utraque enim lingua & versus scribit non malos, & orationem solutam facit puram, elegantem & facilem: quod libelli græco-latini anno ætatis XIX ab eo editi satis ostendunt. Argentinæ annum unum atque alterum Jurisconsultos audivit. Scis Lipsiæ in epitaphio *Mosellani* hunc versum scriptum esse: *Ανθρωπων σωτηριαν σμιλλος; γνωμην δε μεγαλος.* idem de hoc non incommode dici posset. Est enim breviori corporis statura: sed eleganti membrorum commensuratione ornata. Vultu modesto & liberali, sermone expedito & suavi, ingenio acri & excitato, moribus bonis et sedatis. Rationem instituendæ primæ ætatis ita mihi quidem videtur tenere, ut nihil desiderari debeat. Eruditi et intelligentes ingenium, mores, et doctrinam omnes probant: solus *Herbarius*, nullus malus magnus piscis, ne quid non turbaret, *Dominæ nostræ* persuasit, juniorem illum esse, quam qui principi adjungi debeat. Receptus tamen est, et ubi ex *Norico* principes redierint, in *Misniam* ablegabitur. *Imbricium* postea *Joannes I* Dux *Bipontinus* a secretis epistolis esse iussit; cf. *Orat. de Biponto* p. 34. Sed de isto aliquando pluribus dicemus.

*D. Ludovicus* alium Theologum ad nos misit, *Abrahamum Manne*, Pastorem & Superintendentem *Bietigheimensem*, virum doctrina, gravitate, & eloquentia præstantem. Quem concionantem *Saurzapfius* vester quoque audivit. Deus faxit, ut illius præclara dona ecclesiæ *Lauinganæ* sint salutaria.

Reliqua ex *Saurzapfio* cognosces. Bene & feliciter vale.  
XI Novembr. an. MDLXXIII.

*Dignitatis tuæ studiosissimus*

Petrus Agricola.

D d 2

De



De inscriptione sepulchræli diu fuit deliberatum, & multi multas formas obtulerunt. tandem inter Principes de hac convenit, quæ ad loci spatium fuit accommodanda. Inter alia etiam hoc *ὑποσολοικον* est, quod Domina nostra sententias sacras congruentes cum Trinitatis S. & resurrectionis Christi sculpturis germanice insculpi voluit.





Series

*supremorum aulae & curiae Bipontinae magistrorum,  
quorum in hoc commentario mentio fit,  
curis secundis auctior.*

---

DUCE STEPHANO

*Gerhardus de Gawersheim*, occ. 1430 sq.

*Bernhardus Kranich de Kirchheim*, occ. 1440-1448. fratres  
habuit, majorem Joannem, & minorem Dietherum. p. 20

DUCE LUDOVICO I, NIGRO

*Wernherus de Esch*, occ. 1470 sq. — p. 21

*Joannes de Schwarzenberg* occ. 1471 sq. Redit inter con-  
filiarios 1478. *ibid.*

*Henricus de Beymelburg, Marefchallus* 1471.

*Fridericus Blick de Lichtenberg* occ. 1478-1481

*Hans Blick*, creatur d. 19 Nov. 1484.

*Burcardus Beyer*, honorem magistri fuscipit d. 30 Apr. 1486,  
sed nunquam adiit.

*Dietherus de Frawenburg* ante an. 1489. occ. post heri mor-  
tem 1491. — p. 21

DUCE CASPARO

*Joannes de Rosenberg*, Caspari ducis ejusque conjugis Ama-  
liæ aulæ a Ludovico nigro, duce parente, d. 6 Jun. 1480  
præficitur, idemque simul satrapa duorum oppidorum,  
Tabernarum, & Anvillæ, duorumque castrorum, Novi-  
castelli & Trifelsæ constituitur.

*Blickerus Landschad*, occ. an. 1481. p. 21. not. (i)

E e

DUCE



## DUCE ALEXANDRO

*Adamus de Soetern*, occ. 1494-1514. Post heri obitum consiliarii honore ornatus præfecturam S. Wandalini Trevirensem adit, † 29 Oct. 1520. — p. 21 not. (k)

## DUCE LUDOVICO II JUNIORE

*Guilielmus Hommel de Staufenberg*, 1515 d. 7. Maji, 1528 omissus *Hertzogio Chronographo Alsatiæ* L. VI, p. 281 in notitia nobilium de Staufenberg. — p. 22.

*Petrus de Wachenheim*, ab an. 1527. Satrapa Meisenhemensis, in locum Hommelii sufficitur d. 20 Jan. 1528, atque aulæ curiæque præest ad anni 1532 exitum; d. 17 Jan. 1533 Consiliarii extraordinarii (von Hauß auß) munere honestatur. *ibid.*

## DUCE WOLFGANGO, IMPUBERE

EJUSQUE TUTELAM AGENTIBUS ELISABETHA MATRE  
ET RUPERTO, PATRUO: DEIN IPSO REGNANTE.

*Ludovicus ab Eschenau* 1532-1538, quem sæpius laudavimus, & aliquando diligentius ornabimus. — p. 44. not. (a)

*Christophorus Landschad a Steinach*, (nescio an senior in Gundelsheim, idemque, qui arcem Scharpfenberg, bello rusticorum servili exustum, una cum monte & districtu, feudum ante Bipontinum, an. 1528 Ludovico II Duci cessit; aut junior, illius patruelis, ac Joannis filius) an. 1538 d. 25 Dec. magisterium curiæ adit, idemque an. 1547 dimittit. *ibid.* & p. 56.

*Wernherus a Zeiskheim*. Succedit in locum Christophori Landschadii, curiæ magistri, ac simul fit satrapa Bipontinus d. 7 Febr. 1547, vicegerens d. 24 Aug. 1551; quam provinciam commutavit satrapæ Meisenhemensis & Consiliarii honoribus, obiit circa an. 1559 filiumque reliquit cognominem, satrapam Novicastellanum & consiliarium. — p. 61. sq.

JOAN-



JOANNE I DUCE

*Christophorus Landschad a Steinach*, junior, Joannis, supremi curiæ archipalatinæ filius, succedit Wernhero de *Zeiskheim* in magisterio an. 1555; abit vero circa an. 1576 consiliarii honore retento. — p. 64 & 96.

*Joannes Landschad a Steinach*, junior, Vicegerens Bipontinus 1570-1575, sufficitur in locum parentis, discedit Neoburgum. Nati sunt ipsi Biponti an. 1571 d. 22 Jul. *Georgius* & 1575 d. 25 Sept. *Bleickhardus*. — p. 96.

*Wolfgangus Wambold ab Umstatt*. Filius patris cognominis, creatur magister curiæ & aulæ post Joannem *Landschadium*, sed exeunte an. 1583 de munere decedit. NB. Pater ipsius *Wolfgangus* d. 10 Aug. an. 1546 Meisenhemensis satrapia, & an. 1551 vicegerentis, atque tum consiliarii honores administravit. — p. 96. III.

*Luterus Quad*. Magisterium gerit inde ab an. 1584 ineunte per triennium. — p. 111, not. (u)

*Christophorus a Bernstein*, supremus rei venatoriæ præfectus. Augetur magistri curiæ & aulæ dignitate an. 1588, qua dimissa præfecturam suscipit *Birckenfeldensem*. p. 112. not. (x)

JOANNE II DUCE

*Hugo Fridericus Zorn a Bulach*. Magisterium abeunte *Bernsteinio* suscepit gessitque ad an. usque 1625. — p. 112, 125.

*Otto Fridericus Quad de Landskron*, Joannis filius, curiæ & aulæ magister, cujus vices obiit anno 1634 p. 112, 128.

*Joannes Adolphus de Molsperg*, stabuli principalis præfectus. *ibid.*

FRIDERICO DUCE

*Georgius Fridericus Pawel de Rammingen*, curiæ & aulæ magister ad an. usque 1554, dein archisatrapiam adit *Ta-bernæmontinam*. — p. 132. not. (f)



*Caspar Fridericus a Dallwig*, in prioris locum sufficitur d. 4  
Jan. 1655, ante an. 1660 in aulam Simmerensem discedit.  
p. 132, 134.

## FRIDERICO LUDOVICO DUCE

Et seqq. temporibus.

*Balthasar Schmid de Schmidfeld*. Magister ante aulæ Lands-  
bergensis, idem officium ab hero ducatus imperium ad-  
eunte in curia Bipontina suscipere iussus cum satrapia  
Bipontina d. 2 Apr. 1662 de statione & muneris & vitæ  
decedit d. 11 Dec. 1669, sep. 16 Dec. anno ætatis LXVIII.  
p. 135. not. (f)

*Philippus Melchior de Es a Steinkallenfels*, curiæ et au-  
læ magister intimusque consiliarius anno 1570-1581.  
p. 137 sq. not. (k)

Quem titulum commutare iussus est illo præsidis, obiit d.  
23 Aug. 1691. — p. 11.

## GUSTAVO SAMUELE LEOPOLDO DUCE

*Philippus Fridericus L. B. de Es a Schorrenburg*, curiæ supremæ  
præses ab ineunte anno 1720, sed an. 1724 munere excidit;  
quo factò curiæ præficitur Cancellarius. — p. 12, 23 152

## CHRISTIANO III ET IIII DUCIBUS

*Guilielmus Ernestus L. B. de Wreden*, præses curiæ vocatur  
ineunte anno 1734; discedit an. 1748. — p. 12.



EMENDANDA ET ADDENDA.

pag. 2 lin. 10 XIII lege XV p. 5. l. 2 post *praeiret* pon. comma p. 7 not. m) lin. 2 Canzlei: Secretarius p. 8 not. (p) *Atque is semper ex nobilitate legebatur*, adde: *primis certe temporibus. Seculo autem sequenti XVI legi coeperunt etiam ex civici generis hominibus magistri domus, Gausshofmeister, quos quidem a Marechallis distinguendos esse, nemo non videt.* p. 10, not. (t) lin. 23 *reipublicae an.* corrige *reipublicae. An.* p. 11, not. lin. 5 post *restitutus est*, ponatur colon p. 15 l. 18 voci *servitiis* subiunge *colligimus*, l. 21 *inte-* lege *inter*, l. 22 *dimisit* l. *divisit*, p. 16 n. \* l. 6 *utrumque* l. *utramque* p. 21, n. (i) l. 5 sq. *Bickerum* l. *Blickerum* s: *Bleickhardum*, n. (k) l. 1 sq. *Alexandri* l. *Alexandri* p. 33, n. (d) *scholio* l. *scholis*, p. 34 l. 22 *dignitatis* l. *dignitas*, p. 45 l. 1 *consiliarios* p. 53 l. 17 *democraticum*; p. 55 post l. 4 *subiice* *Hasum circa an. 1562 diem obiisse supremum*, *didici ex eo, quod d. 8 Maji dicti anni filiorum ipsius nomine Georgius de Wangen in Geroltzeck am Waschin feuda recepit. Anno autem 1565 d. 28 Sept. Ludovicus suo & fratrum nomine iisdem investitus est.* p. 57 lin. 5 post *ornaretur* adde *Albertus de Kirckel vixit tandem privatus & obiit d. 11 Febr. 1564 p. 59 not. l. 9 d. 17 corrige d. 27 p. 68 l. pen. iudicavit p. 69 l. 3 pulcerrimo p. 71 not. (l) l. 2 praesentes lege absentes p. 82 l. 1 in lege ut in 12 *Φιλοσοφικα* p. 84 l. penult. *movens* l. *moriens* p. 85 l. 1 lege *salvifico* l. 8 *saeva* p. 95 l. 16 MORI l. MORTI p. 108 l. 12 *meritus erat* p. 109 l. 32 *impensus* p. 110 l. 23 *deceptam* lege *acceptas* p. 113 n (z) l. 7 *Fechenheim* corrige *Fechenbach* p. 114 not. l. 10 sq. *Eschiorum semis-* *sis cessit tum Fechenbachiis, atque circa an. 1576 a Georgio supradicto venditus est Henrico Schwebelio. Ad horum illustrationem subiicere hic liceat tabulam plenioram, ex qua possessores feudi Weiskirchensis ejusque alienationes curatius cognoscantur:**









*Index personarum, quae in hoc commentario  
commemorantur.*

<i>I Imp. &amp; Reges Germ.</i>	<i>Sueciae</i>
Maximilianus I, p. 199	Carolus XI, p. 11, 144
Carolus V p. 37, 50, 63, 73, sq.	Carolus XII, p. 144, 147, 152
Ferdinandus I, p. 56, 73, 135, 170 sq.	<i>III Electores Principes</i>
Maximilianus II, p. 70, 73, 170.	<i>A) Palatini</i>
Rudolfus II, p. 135.	Rupertus III, p. 4
<i>II Reges exteri</i>	Fridericus I vict. p. 9, 15, 19
<i>Daniae</i>	Philippus ingenuus, p. 20
Christophorus Palatinus, p. 199	Ludovicus V, p. 53
<i>Galliae</i>	Fridericus II, p. 9, 53
Henricus II, p. 63, 73.	Wolfgangus sapiens, p. 9.
<i>Hungariae</i>	Otto Henricus, p. 74, 77, 119 164
Stephanus I († 1038) p. 201	Fridericus III pius, p. 70, 111 139, 166 sq. 175
Otto Boicus p. 199	Ludovicus VI, p. 139
Sigismundus p. 201	Joannes Casimirus, } p. 113, tutor } 139
<i>Poloniae</i>	Friderici III } p. 126
Sigismundus II Aug. I (1565) p. 201	Joannes II Bipont. } p. 125 tutor } sq. 138
Henricus Valefius (1573) p. 208 sq.	Friderici V } ibid.
Stanislaus I Leszinsky, p. 11	Carolus Ludovicus, p. 141, 143
Stanislaus II Poniatowsky, ibid.	Carolus p. 143
	Philippus Guilielmus. ibid.
	Jo-



	* * *	
Joannes Guilielmus	ibid.	Joannes I, p. 5 sq. 10, 93, 98,
Carolus Philippus	p. 156	100 sq. 108, 116,
B) <i>Electores ceteri</i>		120 sq. 125, sq.
a) <i>ecclesiastici</i>		130
Trevirensis Joannes	1565	Joannes II, p. 52, 98, 121, 124,
	p. 167	127 sq. 130. 140
Philippus Christophorus		Fridericus, p. 130 sq. 133 sq.
	p. 127	Fridericus Ludovicus, 10 sq.
b) <i>Seculares</i>		134 sq. 140, 142
<i>Saxoniae</i>		Wilhelmus Ludovicus, fil.
Joannes Fridericus	p. 62	p. 11
Mauritius,	p. 63	Charlotta Friderica, Admi-
III <i>Duces &amp; Principes</i>		nistratrix, p. 11, 138
A) <i>Palatini</i>		Carolus XI & XII, vid. <i>Reges.</i>
<i>Bipontini</i>		Gustavus Samuel Leopoldus
Stephanus	p. 4, 13, 15 sq. 18	p. 11 sq. 23, 52, 137, 153,
Ludovicus I Veld.	p. 9, 15,	155.
	19, 24, 26 sq.	<i>Birckenfeldenses</i>
Joanna, uxor,	p. 20	Carolus p. 117
Caspar	p. 20	Christianus II, Administra-
Alexander, p. 20, 22, 24, 26,		tor Duc. Bip. p. 11, 138
	30, 46	Christianus III, Dux Bip.
Margaretha tutrix,	p. 22	p. 12, 155
Ludovicus II junior, p. 22, 24.		Christianus III, vid. episto-
	30 sq. 37	lam præmissam.
Elisabetha tutrix, p. 37 sq. 42,		<i>Neoburgici</i>
44 sq. 49 sq. 56 sq. 94		Philippus Ludovicus, p. 65,
Rupertus tutor, vid. <i>Veldent.</i>		80
Wolfgangus, p. 6, 9, sq. 24,		Otto Henricus, frater p. 200
37 sq. 45, 54, 56 sq. 62		Philippus Guilielmus p. 141
sq. 65, 71 sq. 90, 92 sq.		Christianus Solisb. p. 156
98 sq. 116, 161, 164, 170		<i>Veldentini</i>
Maria Elisabetha, filia, p. 179		Rupertus, p. 37 sq. 42, 44 sq.
		49, sq. 56 sq. 94
		Geor-



Georgius Joannes I, p. 58 sq.	<i>Ortenburg</i> Henricus, 210
Succeſſio Veldentina p. 142	<i>Oxenſtierna</i> Gabriel (1699-1707) p. 11, 145
<i>Sponhemici</i> Fridericus I p. 15	<i>Reuſſii</i> Henricus, p. 71
B <i>Principes extranei</i>	<i>Rhingravii</i> Philippus Franciscus (1551), p. 63, 71
<i>Badenſes</i> Carolus p. 59, 167	<i>Veldentinae</i> Fridericus ultimus, p. 13 sq.
<i>Bavariae</i> Albertus V p. 178	<i>Winnenberg</i> Philippus, judex curiæ Bip. p. 71 sq.
cum uxore Anna. sq.	<i>Witgenſtein</i> Ludovicus (1573) p. 209
<i>Boruffi</i> Albertus p. 89	<i>Zweybrucken</i> Walramus (1360) p. 114
<i>Francorum Werinherus</i> (828)	VI <i>Nobiles familiae</i>
Wiligarta ibid. p. 2	<i>Bawyr</i> f. Baur p. 132
<i>Haffiae</i> Philippus Magnan. p. 45, 57, 62, 73	<i>Bayer de Boppart</i> ; vide ſeriem mag. curiæ, p. 213
<i>Hofſat.</i> Christianus Albertus p. 148	<i>Bedburg</i> p. 113
<i>Lotharing.</i> Carolus II, p. 113	<i>Berckule</i> , p. 21
<i>Meclenburg.</i> Joannes Albertus (1562) p. 192 sq.	<i>Bernſtein</i> , p. 101
<i>Saxoniae</i> Joannes Fridericus, II p. 160, 174	<i>Beymelburg</i> , p. 21
<i>Württemberg.</i> Christophorus p. 59, 70, 173	<i>Blick de Lichtenberg</i> , p. 21, 22
V <i>Comites &amp; Dynaſtae</i>	& ſeriem magiſtrorum curiæ p. 213
<i>Caſtel</i> Georgius p. 71	<i>Boos de Waldeck</i> , p. 45
<i>Falckenſtein</i> ,	<i>Botzheim</i> , p. 132
Philippus & Joannes, fratres (1566) p. 46	<i>Broche</i> , p. 156
<i>Hohengeroldſeck</i>	<i>Camerer</i> p. 145
Quirinus Gangolfus † 1569 p. 10, 71	<i>Cathcart a Carbifton</i> , p. 135 sq. 142
<i>Iſenburg</i> Joannes (1573) p. 209	F f <i>Clem-</i>
<i>Loewenſtein</i> Ludovic. (1573) p. 290	



<i>Clemmeru</i>	p. 114	<i>Jacob in Hollach,</i>	p. 13
<i>Colb de Wartenberg,</i>	p. 10	<i>Jungkheim,</i>	p. 114
<i>Cranz de Geispolzheim,</i>	p. 10	<i>Kaeteritz,</i>	p. 89 vid. tab. genearch.
<i>Dalwig,</i>	p. 132, 134	<i>Koppenstein,</i>	p. 137
<i>Durckheim,</i>	p. 114	<i>Krait,</i>	p. 72
<i>Esch,</i>	p. 19, 114, & emendanda	<i>Kranich de Kirchheim,</i>	p. 20
<i>Eschenau,</i>	p. 44	<i>Landschad a Steinach,</i>	p. 21 44
<i>Esebeck, v. epist. præmissam</i>			sq. 56, 64, 96, 214 sq.
<i>Fechenbach,</i>	p. 113 conf. emend.	<i>Langwert de Simmern,</i>	p. 13-21 & tab. genearch.
<i>Frawenburg</i>	p. 21	<i>Lewenstein,</i>	p. 15
<i>Frieseln</i>	p. 134	<i>Lippe,</i>	p. 148
<i>Gahlen in Muchhausen,</i>	p. 200	<i>Lüls,</i>	p. 146
<i>Gawersheim,</i>	p. 15, 213	<i>Mey de Lambsheim,</i>	p. 21
<i>Gemmingen,</i>	p. 72	<i>Molsperg,</i>	p. 128
<i>Göntheim,</i>	p. 22	<i>Monsheim,</i>	p. 16
<i>Grempe de Freudenstein,</i>	p. 72, 173	<i>Morass,</i>	p. 155
<i>Greiffencranz,</i>	p. 147-151	<i>Mulnstein de Grumbach,</i>	p. 15
<i>Harnasch de Weiskirchen,</i>	p. 114	<i>Nicolai vide Greiffencranz</i>	
		<i>Nippenberg; vid. emend. &amp; addenda</i>	
<i>Harracort,</i>	p. 72	<i>Oberkirch,</i>	p. 45
<i>Hasel,</i>	p. 27	<i>Pawel de Rammingen,</i>	p. 132
<i>Hasse de Laufen,</i>	p. 49-55 cf. emend.	<i>Pestalutzi,</i>	p. 149
<i>Haumüller de Mühlenthal,</i>	p. 152 sq.	<i>Polheim,</i>	p. 211
		<i>Quad de Landskron,</i>	p. 111
<i>Hielmburg,</i>	p. 151		sq. 128
<i>Hofmann,</i>	p. 12	<i>Raesfeld,</i>	p. 153 sq.
<i>Hohenhausen,</i>	p. 156	<i>Rammingen,</i>	p. 15
<i>Hommel de Staufenberg,</i>	p. 22	<i>Randecke</i>	ibid.
<i>Hornbach de Erlenckheim,</i>	p. 24	<i>Roeder de Rodeck,</i>	p. 21
		<i>Rosenberg,</i>	p. 213

Rüdes-



<i>Rüdesheim,</i>	p. 132	<i>Sponheim, genant Bacharach,</i>	p. 92
<i>S. Ingbrecht,</i>	p. 72		
<i>Schmal,</i>	p. 153	<i>Stahl de Holstein,</i>	p. 135.
<i>Schmidburg genant von Mil-</i>		<i>Steinkallenfels,</i>	p. 137
<i>denburg,</i>	p. 35	<i>Strahlenheim,</i>	p. 11
<i>Schmidt de Schmidfeld,</i>	p. 135,	<i>Strafsburg,</i>	p. 145
	216	<i>Sturm,</i>	p. 42
<i>Schoenberg,</i>	p. 44	<i>Sultzbach,</i>	p. 29
<i>Schorrenburg,</i>	p. 12, 23, 152	<i>Venningen,</i>	p. 52
	cf. tab. geneal.	<i>Vtermarck,</i>	p. 149
<i>Schütz ab Holtzhausen,</i>	p. 137	<i>Wachenheim,</i>	p. 22
<i>Schwartzenberg,</i>	p. 10, 21,	<i>Wambold ab Umstatt,</i>	p. 10,
	22, 45		63, 96
<i>Schwebel,</i>	p. 113, 126	<i>Wernigh de S. Ingbrecht,</i>	p. 142
<i>Sitzinger ab Holenstein,</i>	p. 74		
<i>Soetern,</i>	p. 20, 21, 127	<i>Wreden,</i>	p. 12
<i>Spiegel a. Pich,</i>	p. 89	<i>Zeiskheim,</i>	p. 16, 61 sq.
		<i>Zorn a Bulach,</i>	p. 125

VII Virorum, ordinis maximam partem civici, muneribus illustrium.

<i>Agricola, Christianus, auctor.</i>		<i>Andraeae, Jacobus, theol. &amp;</i>	
<i>Diff. de immunitate ducatus</i>		<i>cancell. Tubing.</i>	p. 74, 88,
<i>Bipont. a clausula art. IIII P.</i>			91
<i>R.</i>	144	<i>Aventinus, Joannes,</i>	p. 199
<i>Petrus, præceptor principum</i>		<i>Aurifaber, Joannes, concion.</i>	
<i>Phil. Lud. &amp; Joannis I, dein</i>		<i>aul. Jo. Frid. el. Sax.</i>	p. 160
<i>confil. Neoburg.</i>	p. 80, 194	<i>Baldauf, Leonhard. A. mag.</i>	
	sq. 201 sq. 218		p. 209
<i>- Magnus, fil. superint. &amp; pa-</i>		<i>Beheim, Paulus, consul No-</i>	
<i>stor Neoburg,</i>	p. 195	<i>rimb.</i>	175
<i>Andernacus . . . Medicus,</i>	p.	<i>de Bergzabern, Petrus, Secr</i>	
	198	<i>Bip.</i>	p. 21



<i>Besoldus</i> , Hieron. theol. No- rimb. 78, 189 sq.	a <i>Castellaun</i> , quæstor Cruce- nac. 117
<i>Beuther</i> , Mich. Phil. superint. Bip. 40, 98, 100	<i>Chuno</i> , Dav. prof. jur. Hei- delb. 140
<i>Boch</i> , Nic. consil. Bip. 132. 134	<i>Chytraeus</i> Dav. theol. Ro- stoch. 65 sq. 182
<i>Boquinus</i> , Petrus, prof. Hei- delb. p. 186	<i>Codonius</i> , Georgius, concion. aulæ Bip. 90
<i>Borngesser</i> , Phil. Christoph. Cancell. Bip. v. ep. præm. & p. 23	<i>Corvinus</i> , Jo. Val. pastor & an- tistes Birckenfeld. p. 61
<i>Brentius</i> , Joannes, theol. p. 66 67. 161	<i>Cracovius</i> , Georg. consil. int. Sax. 161 sq.
<i>Brand</i> , Sebast. synd. Argent. p. 3	<i>Cramer</i> , Isaac, rector Hornb. 118, 126
<i>Bucerus</i> , Mart. theol. p. 35 sq. 99	<i>Cranz</i> , Henr. Ern. consil. reg. int. Bipont. v. epist. præm. fol. 1
<i>Burgkmann</i> , Gabr. Dav. dein nobilis ab Hielsburg, consil. reg. Bip. 151	<i>Crato</i> , Jo. Archiater Cæf. 204
<i>Butz</i> , Gerh. scabinus Hornb. p. 25	<i>Cruciger</i> , Caspar.
<i>Caelestinus</i> , Jo. Frid. Prof. Theol. Lauinganus p. 180	<i>Delfinus</i> , Zach. episc. Lefi- nensis & legatus pontif. 177
<i>Camerarius</i> , filius Joachimi I, p. 159	<i>Diethmar</i> Jo. Val. consil. Bip. & scholarcha Hornb. 121
- - - Ludovicus, consil. int. Archipal. & Suecorum ab- legatus p. 145	<i>Diller</i> , Michael, conc. aulæ Pal. 78
<i>Candidus</i> , Pantaleon, supe- rint. Bip. p. 93, 97, 101, 108, 116, 196 sq.	<i>Drechsel</i> , Walther consil. Bip. & Neob. dein cancell. Neob. 72, 200
<i>Capito</i> , Wolfg. Fabr. præpof. Argent. 39 sq.	- - Melchior, assessor ca- meræ imp.
	<i>Dürr</i> , Wendelinus, consil. Bip. 22, 32 Ebe-



<i>Eberus</i> , Paulus, theol. Wi- temb. 91, 182, 207	<i>Haumüller</i> , Jo. Matth. consil. Archipal. 152 sq.
<i>Eck</i> , Augustinus, consil. Bip. & Neoburg. 72	<i>Hedio</i> Caspar, theol. Arg. 42 - - Caspar & Eusebius fra- tres, lcti 72
<i>Eckii</i> Bavarici filius 197	<i>Heilbrunner</i> , Jac. conciona- tor Aulæ Bip. 33, 102, 107, 110
<i>Ehrentraut</i> Car. Lud. consil. Bip. & præf. Meisenh. 138	<i>Heintz</i> , Jo. Mich. consil. 133
<i>Felsheller</i> , Joannes, scabinus Hornb. 25	<i>Heintzel</i> , Jo, Bapt. patritius Aug. 178, 185, 190
<i>Flacius</i> , Illyricus, theol. 91	<i>Helfant</i> , Valent. Junior, ad- voc. civ. Weissenburg. 49
<i>Flinsbach</i> Cunmann, supe- rint. Bipont. 72, 90, 100, 165, 197	<i>Hertzog</i> , Bernh. secr. Bip. 72
<i>Frey</i> , Joannes, archiater Bi- pont. 114	<i>Helfhusius</i> , Tilem. conc. aulæ Neob. 33, 102, 107, 110, 198
<i>Frölich</i> , Georg. Lud. cancell. Neob. 200	<i>Hien</i> , N. N. consil. Bip. 138.
<i>Gerbelius</i> , Nicol. lctus Argent. 41	<i>Hilspach</i> , Christoph. rector Hornb. 49 - - Michael, pastor Bip. 41, 101
<i>Geysel</i> , Joannes, consil. Ha- nov. 131	<i>Himmel</i> , Joan. prætor Cuffell. 119
<i>Glafer</i> , Caspar, præc. Wolf- gangi Ducis Bip. dein Su- perint. Bip. 40	<i>Hofmann</i> , Balth. cancell. Bip. 118-124 - - Jo. Balthasar, filius, con- sil. Bip. 127 - - Jo. Daniel, cellarius Ta- bernæm. 129 - - Henricus, pastor Sobern- hem. 118
<i>Grempe</i> . Dion. consil. Bip. Ludov. Neob. 72, 173	<i>Homberger</i> , Jerem. theol. 203
<i>Güldenkopf</i> , Joannes, cancell. Archipal. Frid. I vict. 15	
<i>Haller</i> , NN. 187	
<i>Han</i> , Michael, synd. Argent. dein Cancell. Bip. 61-64	
<i>Hartmannis</i> ab Eppingen, Hartmannus, cancell. Pal. Frid. II. 53	F f 3 Im-



<i>Imbricius</i> , Balth. secr. Bip.	210 sq.	mer. & consil. cæs.	50
<i>Joannis</i> , Georg. Christ. prof.		<i>Meisenheimer</i> , Joannes secr.	
Bip.	150	& consil. Bipont.	22, 34
<i>Kesler</i> , Phil. Mart. antistes		- - Joannes, rector eccl.	} 22
eccl. Bip.	129	Bip.	
<i>Ketzmann</i> , Joannes, rector		- - Theobaldus, Land-	} 22
Norimb.	66	scriba Novicast.	
de Kirckel, Albertus secr.		<i>Meixner</i> , Christoph. centu-	
canc. Bip. &c.	57	rio & præfectus aulæ Ne-	
<i>Koch</i> , Jo. Henr. Ictus & conf.		ob. Wolfgangi Ducis	172
Bip.	133	<i>Melanchton</i> , Philippus, Ger-	
<i>Koenig</i> , David, conf. cam.		manix præceptor 29 sq.	
Bip.	138	48, 66, 74, 77, 94,	
<i>Kremer</i> , Christoph. Jac. hi-		101, 159, 163, 198	
storiogr. Pal.	9, 158	<i>Milagius</i> , Mart. cancell.	
<i>Kürsfer</i> , Petrus, Ictus consil.		Anhalt. & ablegatus Bip.	
Bip.	22	ad tractatus P.W.	131
<i>Leovitijs</i> , Cyprian. prof. math.		<i>Moelenthiel</i> , Wilbrandus, rec-	
Lauring. 180, 185,	201	tor gymn. Bip. dein anti-	
<i>Lutherus</i> , Martinus, theol.		stes eccl. Bipont.	145
	31 sq. 66, 201	<i>Moller</i> , Joach.	182
<i>Major</i> , Georg. theol. Wi-		<i>Monneri</i> , Basilius, Ictus	160
temb.	203	<i>Muller</i> , Joannes, commiff.	
<i>Majus</i> , Henricus, theol.		Lichtenb.	114
Gieff.	107	<i>Munster</i> , Sebaldus, pater &	
<i>Manne</i> , Abrah. theol. Lau-		filius	189
ing.	211	<i>Neuphard</i> , Erhard, med. Cru-	
<i>Marbach</i> , Joannes, theol.		cenac. & archiater Bip. 130	
	75, 90, 100	- - Joannes Ulricus, consil.	
<i>Marius</i> , Conradus, præc. Jo-		& procancellarius Bip.	
annis I Bip. & dein conf.		130-134	
eccl. Pal.	75, 169	- - Wolfgangus Nic. land-	
<i>Marquard</i> , Joannes, canc. Si-		scriba Cruen.	134
		Ni-	



- \* \* \*
- - *Nicolai*, inde *Greiffen-  
crantz* inter fam. nobiles.  
*Nuber*, nobiles vitus, concion.  
aul. Wolfgangi ducis, 78  
*Obernheimer*, Daniel, consil.  
cam. Bip. 130  
*Olevianus*, Caspar, theol.  
Heidelb. 166  
*Oforius*, Hieron. episc. Syl-  
vensis 208  
*Ostermann*, Simon, rector  
Gymn. ill. Lauingani pri-  
mus, Ictus 180, 196  
*Pastoir a Birrbaum*, Frideri-  
cus, procancell. & Pal. &  
Bipont. 138-146  
- - *Georgius Fridericus*,  
consil. & Archipal. & Bip.  
139 sq.  
- - *Gerhardus*, Cancell. Ar-  
chipalat. p. 138 sq.  
- - *Phil. Ludov.* consil. eccl.  
& prof. Heidelb. p. 145 sq.  
vid. tat. geneal.  
*Paumgaertner*, Hier. Norimb.  
sen. 172  
*Pellicanus*, Conradus theol.  
41  
*Peucerus*, Caspar, prof. Wi-  
temb. 181 sq.  
*Pfauferus*, Jo. Sebast. conc.  
aul. Maximil. II Cæs. &  
theologus Lauing. 75, 168  
sq. 183 sq. 202
- Pistor*, Georg. pastor Ernesti-  
vill. et diac. Bip. favens  
anabaptistis 36  
*Probus*, Christoph. cancel-  
larius Archipal. 128  
a *Petra Alba*, Ferdinandus,  
Italus, 180, 186 sq.  
*Rauscher*, Hieron. concion.  
aul. Wolfgangi ducis 180  
*Rechlinger*, præfectus Aug.  
Vind. 191  
*Reusner*, Nicol. Ictus et rec-  
tor gymn. Lauing. 203 sq.  
*Richter*, Christoph. pastor  
eccl. Luth. Bip. 149  
*Rottenburger*, Jacobus, canc.  
Bip. 56  
*Ruland*, Mart. prof. phys.  
Lauing. 180  
*Sachs*, Hans, poeta Germ. 196  
de *Savigny*, Ludovicus, canc.  
Bipont. director 12  
- - *Christoph. Car. Ludov.*  
consil. intimus Isenburg.  
nunc Nassovio-Idsteinen-  
sis 13  
*Saurzapf*, NN. 211  
*Scharf*, Simon, Ictus et con-  
sil. Bip. Neob. 72  
*Schorrii*, p. 23 sq. vid. tabb.  
Geneal.  
*Schütz*, Otto Frid. theol. 108

*Schwe-*



- Schwebelii*, p. 97 sq. 125 sq. et  
 tab. Geneal.
- Seidel*, Erasmus, conf. Bran-  
 denb. 141
- Sesler*, Wilh. Ictus et conf.  
 Bipont. 22
- Sitzinger, Ulricus*, canc. 65 sq.  
 - - *Samuel*, frater, 86
- Soder de Tattenryet*, Joannes,  
 Secr. Bip. 57
- Sprenger*, Jo. Theod. Ictus et  
 confil. Bip. 136
- Stahel*, Jo. Georg. archiater  
 Bipont. 121
- Stiber*, Joannes, cancell. Bip.  
 93 sq.
- - Ludovicus  
 - - Ulricus, Aff. } filii 96  
     cam. Imp.  
 - - Henricus, conf.  
     Neob
- - Joannes Fridericus, Ictus  
     Meclenb. vid. epist. præm.
- Sturm*, Joannes, rector col-  
 legii Argentor. et confil.  
 Bipont. 72, 180, 196 sq.
- Sturz*, Joannes, confil. Bip.  
 125
- - Joannes Adamus, conf.  
     cam. Bip. et præses confil.  
     138
- - Joannes Reinhardus,  
     confil. regim. Bip. 151
- - Carolus, confil. leg. inti-  
     mus Bip. ibid.  
 Plures vide in Geneal.  
     Schwebel. A.
- Sygibaldus*, Werinheri  
 comitis Francorum can-  
 cellarius (828) 2
- Tattenryet* vide *Soder*.
- Theodorus*, Vitus, tneol. No-  
 rimb. 66
- Thiffon*, Jo. Jac. conf. Bip. 132
- Thomae*, Joannes, prof. Hornb.  
 et Biblioth. Bip. 46
- Tremellius*, Immanuel, rec-  
 tor Hornbac. 72, 80
- Tuschelin*, Gallus, confil. Bip.  
 115 sq.
- Joannes, Ictus, confil. cæf. et  
 Argentor. 115 sq.
- Fridericus Conradus, confil.  
 reip. Norimb. et Neob. 117
- Joannes, Robertus, confil.  
 Badenfis 115, 117
- Varenbühler*, Jo. Conr. lega-  
 tus Würtemb. et Veldent.  
 ad tractatus P.W. 132
- Venator*, Balthasar, confil.  
 Bip. 132 sq.
- Vergerius*, Petrus Paulus,  
 confil. Wirtemb. 170, 176  
 sq.
- - Ludovicus, nepos P. P.  
 178

Uni-



<i>Unicornius</i> , Paulus, theol.	- - Alexander, aff. cam. imp.
184 sq. 189 sq.	60
<i>Wagenhals</i> , Petrus, advoc.	- - Jo. Adamus, consil. int.
Hornbac. 26	Birckenf. 60
<i>Walther</i> , Frid. pastor S. Juliani	- - Jo. Eberhardus, consil. aul. Slesvic. vid. epist. præmissam.
119	
<i>Weber</i> , Mich. Phil. consil. regim. et secr. intimus Bipont.	<i>Widtmann</i> , Nicol. Land- scribe Lichtenb. 59
153	
<i>Wernigk</i> , Frid. Barthol. consil. Bip.	<i>Wittich</i> , Thomas, consil. Bip. 134
138	
<i>Aemilius Casimirus</i> , conf. Bip. nobilitate auctus agnomen adsciscit de S. Ingbrecht 154	<i>Wolf</i> , Joannes consil. Bip. tum Neoburg. 72, 202
<i>Wesenbeck</i> , Matthæus, legatus Brandenburgicus ad tractatus P. W. 132	<i>Zang</i> , NN. consil. reg. Bipont. 138
<i>Weydenkopf</i> ab <i>Oghenheim</i> , Jobus, cancell. Bipont. p. 57 sq.	<i>Zeschlinus</i> , Jo. canc. Neob. 200
- - Jonas, aff. cam. imp. 60	<i>Zollmann</i> , Jo. Lud. consil. aul. Vinar. 144
	<i>Zuleger</i> , Wenceslaus consil. Bipont. dein præses senatus eccles. Archipal. 72









*Joannes* 7 — 1502 5 Jun. †  
Vx Otil

*Georgius* L. de S. occ. ab *Anna* *Margaretha* *Philippus* L. de S.  
suarum primus collocatippus Mar. Adamus in Stockarten  
Vx Catharina Schadin e ab Weife de † 1530  
ein Limburg 1474 fine heredibus.

*Joannes Georgius* L. de S. in  
Vx. Eva, Joannis de Schoer

*Philippus* L. de S. in Hatten  
Vx. Cunegunda Amalia, Pheim

*Joannes Georgius* L. de S. *nicus*  
Vx. Maria Philippina, Melch<sub>3</sub> I fine heredibus

*Georgius Christophorus* L. de S. an. 1656 minorennis *Maria Catharina*  
nanæ a consiliis, occ. 16 nici & commendator † infans  
Vx. Maria Catharina, Wolfg<sub>3</sub> ris Moguntini cubicularius  
meræ Imp. Spirensis & A<sub>3</sub> præfectus Erfurtinus  
fl. un. 1700

*Godofredus Joannes Wipertus* *Maria Anna* *Maria* *Maria*  
Consiliarius Boicus & Rati<sub>3</sub> *Charlotta* *Sophia*  
Teutroniæ & administrati

*Carolus Philippus* L. de S. *phorus* *Adolfus Fridericus*  
aulicus Saxo Gothanus, tun<sub>3</sub> ræ Assessor Centurio in exercitu elect.  
& consiliarius aulicus Bada<sub>3</sub> 1743. Saxonix.  
Vx. N. N. † circa



*Nicolaus Langwirt de Simmern*

Stephani Ducis Bipontini primi, & Friderici comitis Veldentini ultimi

Notarius & Cancellarius occ. 1434—1449.

Vx Gerhus, filia Wernheri de Monsheim

*Joannes* L. de S. Cancellarius Stephani, Ludovici nigri, Caspari & Alexandri Ducum 1457—1502 5 Jun. †  
Vx Otilia Meyin de Lambsheim

*Georgius* L. de S. occ. ab an. 1502 in Rhingavia sedem familiae ac fortunarum suarum primus collocat; † 1545  
Vx Catharina Schadin de Oftheim

*Otilia & Margaretha* moniales in Ingelnhemio superiori 1482  
*Catharina* Mar. Philippus Breder ab Hohenstein  
*Margaretha* Mar. Adamus Weise de Limburg 1474  
*Philippus* L. de S. in Stockarten † 1530 fine heredibus.

*Joannes Georgius* L. de S. in Hattenheim 1545—1579 †.  
Vx. Eva, Joannis de Schoenborn, & Judithae de Mudersbach filia

*Philippus* L. de S. in Hattenheim occ. ab an. 1580 † 1607  
Vx. Cunegunda Amalia, Philippi Wolf de Spanheim & Cathar. de Vben fil. Mar. Marfilii Godfridus ab Ingelheim  
*Amalia* † 3 Febr. 1615

*Joannes Georgius* L. de S. nat. 1601 occ. ab an. 1608 † 1645  
Vx. Maria Philippina, Melchioris de Graenrod & Dorotheae de Linden fil. † innupta  
*Apollonia* †  
*Joannes Henricus* occ. ab an. 1608 † ante 1631 fine heredibus

*Georgius Christophorus* L. de S. Nobilitatis equestris medio Rhenanæ a consiliis, occ. 1655, 1669, 1681 † 8 Sept. 1689  
Vx. Maria Catharina, Wolfgangi de Gemmingen, Assessoris Cameræ Imp. Spirensis & Annæ Margarethæ de Walbronn, fil. 1660.

*Joannes Henricus* occ. ab an. 1656 minorennis † ad Gomorram 1668  
*Joannes Adolphus*, an. 1656 minorennis eques ordinis Teutonici & commendator in Oberflörsheim, Electoris Moguntini cubicularius tribunus militum & praefectus Erfurtinus † 14 Jun. 1700  
*Maria Catharina* † infaus

*Godofredus Joannes Wipertus*, Canonicus Ratisbonensis, Consiliarius Boicus & Ratisb. Suffraganeus Episcopus Teutoniae & administrator † 19 Jun. 1741 æt. 72.

*Philippus Reinhardus* L. de S. summus rei forestariae magister Nassovicus Idsteinensis & Consiliarius nobil. ad Rhenum superiorem immediatæ † 13 Aug. 1729  
Vx. Christina, Reinhardi de Gemmingen in Hornberg Consil. intimi, Marechalli & praefidis Bada Durlacensis ac Mariæ Elifabethæ de Neipperg fil.

*Maria Anastasia* † innupta  
*Maria Anna*  
*Maria* *Maria* *Charlotta* *Sophia*.

*Carolus Philippus* L. de S. in Elfeld aulicus Saxo Gothanus, tum cubicularius & consiliarius aulicus Bada Durlacensis, Vx. N. N. † circa 1758.

*Georgius Reinhardus* L. de S. ab an. 1739 Consiliarius aulicus Hannoveranus, ab a. 1743 m. Dec. Consil. supr. Appellat. judicii Cellensis.


*Ludovicus Christophorus* cubicularius & Cameræ Assessor Bada Durlacensis 1743.

*Adolfus Fridericus* Centurio in exercitu elect. Saxoniae.











*Joannes Schorr*, Hornbacensis,  
Hafell III, fa

\*  
*Arnoldus*  
ministerialis Ludovici nigri Ducis.

Albertus de Geminoponte f. ab  
Meisenhem. 1493 superstes &  
cum sorore patrimonii Biponti  
maxime a  
Vx. 1) *Getza* 2) N. N. quæ

*Margaretha*  
heres cum fratre  
bonorum Bipontinorum.  
occ. 1490.

*Jacobus SCHORR* ab HASSELI  
tatis Gutenbergenfis 1511.  
4) Conflarius extrac

*Catharina* cet.  
occ. 1504.

Vx. 1) *Elisabetha*, Casp. Bre

<sup>1</sup>  
*Paulus*  
n. 1514 † 1591  
coelebs.

<sup>2</sup>  
*Albertus*  
a. 1518 Quæll  
1543 199. dein  
Vx. *Sibylla*, v  
& Breunigie  
riorum Bipo-  
a. Tab. A.

<sup>2</sup>  
N. N. filia  
† 2 Oct.

<sup>3</sup>  
*Christophorus*  
† coelebs in Gallia

*Joannes* civi  
Bipontinus †  
Vx. *Margaretha*  
*Gottesheim*, patr  
& Marg. F

*Valentius*  
*Helfant*  
Vx. *Johanna*  
*Hilspachin*.

*Anna*  
Mar. 1 *Joannes*  
*Baldewin* de  
*Zweybrücken* 2 *Bal-*  
*thasar Imbritius*,  
Secret. Bipont.

<sup>4</sup>  
*Elisabetha*  
Bapt. Biponti  
2 Jul. 1572.

*Anna*  
Bapt. 2  
Febr. 1574.

*Christophorus*  
J. U. D. & Cameræ  
Imp. Assessor.

*Nicolaus*

*Otto Henricus*, occ. 1603. Consul  
Wormat. an. 1642; cf. Apol. der Statt  
Worms p. 204. lit. B.

*Henricus*, † militans in Belgio.



*Petrus Schorre & frater ejus Gerhardus*  
Scabini Hornbacenses occ. 1351.

*Hensel Schorr*, Advocatus Hornbacensis occ. 1368.

*Arnoldus SCHORR*, Hornbacensis

Vx. filia Johannis ab Hasell II, qui certe tritavus dicitur Henrici Schorrii.

*Joannes Schorr*, Hornbacensis, Landscriba Bipontinus, & designatus Advocatus Hornbacensis feuda morte Joannis ab Hasell III, familiae suae ultimi vacantia consequitur 1478 occ. usque ad an. 1490.  
Vx. 1) Elisabetha 2) Catharina.

*Arnoldus*  
ministerialis Ludovici nigri Ducis.

Albertus de Geminoponte f. ab Hornbach, Landscriba Meisenhem. 1493 superstes & privatus 1530 heres cum sorore patrimonii Bipontini, beneficiis Hasellenfibis maxime auctus.

*Agnes*  
heres patrimonii  
Hornbacensis.  
occ. 1490

*Margaretha*  
heres cum fratre  
bonorum Bipontinorum.  
occ. 1490.

Vx. 1) Getza 2) N. N. quae ipsi liberos V pepererunt.

*Jacobus SCHORR* ab HASSELL, natus circa 1484. J. U. D. & Not. publ. Pontif. ac Caes. 1) Landscriba emmunitatis Gutenbergenfis 1514-1527, 2) Secretarius Canc. Bip. ab an. 1527, 3) Cancellarius 1529-1533, 4) Consiliarius extraordinarius 1533-1540. ordinarius inde ad mortem usque novis beneficiis maectatus, † 24 Apr. 1566.

*Catharina* cet.  
occ. 1504.

Vx. 1) *Elisabetha*, Casp. *Breidenackeri*, patritii Weissenburgenfis & N. N. Breunigin filia 2) N. N. *Blumenaverin*.

*Paulus*  
n. 1514 † 1591  
coelebs.

*Albertus*, natus  
a. 1518 Quaeſtor Bipontinus  
1543 lqa. dein privatus vivit.  
Vx. *Singula*, Valentini *Helſant* sen.  
& Breunigin F. † 25 Aug. 1572

*Margaretha*  
Mar. Valentini *Helſant* jun.  
praefectus Weissen-  
burgenfis.

*Georgius*  
† 10 Sept. 1565

*Henricus*  
*Schorr* ab *Hasell*, fit parens  
familiae Schorriorum Bipon-  
tinae vid. Tab. A.

N. N. filia  
† a OB.

*Chriſtophorus*  
† coelebs in Gallia

*Joannes* civis & patritius  
Bipontinus † 12 Jul. 1581.  
Vx. *Margaretha*, Jacobi de  
*Gottesheim*, patritii Hagenovienſis  
& Marg. *Fellu* fil.

*Jacobus*  
praef. *Wegelsburg*.  
† sine liberis

*Albertus*  
† coelebs

*Arnoldus*  
Vx. *Catharina*  
*Fauſſu*

*Jo. Georgius*  
Vx. *Margaretha*  
*Reſſrin*, Spi-  
renſis.

*Valentius*  
Vx. *Johanna*  
*Hilſpachin*.

*Anna*  
Mar. I Joannes  
*Baldewin* de  
*Zweybrocken* & *Bol-  
thaler Imbricitius*.  
Secret. Bipont.

*Elisabetha*  
Bapt. Biponti  
2 Jul. 1572.

*Anna*  
Bapt. 2  
Febr. 1574.

*Joannes Jacobus*  
Bapt. Bip. 10 Jan. 1578  
† ante 1603.  
Vx. N. N.

*Valentius*

*Chriſtophorus*  
J. U. D. & Camerae  
Imp. Alleeſor.

*Nicolaus*

*Otto Henricus*, occ. 1603. Conſul  
Wormar. an. 1622; cf. *Apol. der Stadt  
Worms* p. 204. lit. B.

*Melchior*  
Bipontinus mercens  
† in Hungaria

*Henricus*, † milicans in Belgio.



Tab. A

Continuatio Genealogiæ Schorriorum, modo L. B. de & a Schorrenburg  
HENRICUS SCHORR ab Hasell

*Jacobi Schorrii*, Cancellarii ex Blumenoveria filius, natus circa an. 1553, ex Academiis redux vitam agit Biponti privatus, & dicitur patricius, post Alberti fratris obitum senior familiæ † 7 Febr. 1636.

Vx. *Brigitta*, Simonis *Gradwol* præf. Bliescastellani fil. d. 27 Jan. 1590. † 1 Jan. 1636.

*Elisabetha* Bapt. Bip.  
12 Oct. 1592, † 15 Aug. 1599.

*Joannes Daniel*, natus 24 Oct. 1595 Capitaneus militiæ & præfectus Circellensis, dein præfectus Cleburgensis † 6 Jul. 1656.

Vx. *Maria Modesta*, Jo. Henrici *Schwebel*, Cancell. Bip. & Annæ Marg. *Pastoir* fil. d. 25 Mart. 1630.

*Joannes Rupertus*  
Vx. *Magdalena Sibylla*, Jo. Ludovici *Schwebel*, Landscribæ Meisenhem. & Catharinæ *Neuhæuser* filia 13 Jul. 1624.

*Joannes Vincentius*, † coelebs

*Anna Margaretha* mar. *Job. Mantz*, oeconomus eccl. Cæsareo Lutrensis d. 7 Maji 1615.

*Joannes Philippus*, nat. Argentorati 24 Jun. 1644  
Registrator tabularii Bipontini † 22 Jun. 1716.  
Vx. *Maria Margaretha Schmidin*, Lucelsteinensis.

*Maria Modesta*  
Mar. Jo. Jac. *Kneupel*  
d. 10 Aug. 1669.

*Eva Elisabetha*  
Mar. Jo. Adam  
*Braun*.

*Maria Rosina*  
Mar. Jac. *Rüddinger*  
d. 28 Nov. 1671.

*Philippus Fridericus* SCHORR ab *Hasell*, natus Meisenh. 5 Jun. 1667, præfectus dioec. Bip. ab an. 1705 se primus dicit de *Schorr*, ab an. 1719 Consil. Regim. senior & archisatrapa Bipont. tum quoque præses Consist. supr. & Administ. bon. eccl. Ref. post an. seq. consiliarius intimus ac præses Regiminis, augetur titulo L. B. de & a *Schorrenburg*, sed abdicatus an. 1724 ineunte, vivit deinde privatus † 11 Febr. 1757 Bip.  
Vx. *Anna Johanna Catharina*, Frid. Barthol. *Wernigk* Consil. Regim. Bip. & Johannæ *Covet du Vivier* fil. d. 3 Sept. 1705.

*Johanna Elisabetha*.  
Mar. Frid. Aug.  
de *Löwenstein*.

*Joannes Carolus Christianus*, nat. 5 Apr. 1589 centurio secundarius & cubicularius Ducis Bipont. Gustavi Sam. una cum fratre augetur titulo L. B. de & a *Schorrenburg*. † . . .  
Vx. 1) *Christiana Sophia*, fil. Friderici de *Bering*, mag. aulæ Baruthinæ & Mariæ Elif. Wormserin de *Vendenheim* d. 24 Febr. 1721 † 26 Jan. 1739.  
2) *Juliana de Bodeck* in Ellgau.

*Jo. Frid.*  
n. 1692 † 18  
Febr. 1710.

*Carolus Fridericus*  
L. B. de & a *Schorrenburg*  
n. 5 Febr. 1712 Centurio primicerius leg. Bipont. Fersensis post Archipal. tandem privatus † 21 Aug. 1766.  
Vx. *Carolina Sophia* de *Waldau* vidua & tutrix filii unici plurimumque filiarum.

*Franciscus Ernestus Philippus*  
n. 4 Jul. 1723 centurio, nunc Vicarius tribunus in legione Batava.  
Vx. N. N.

Quatuor filia  
ex quibus tres  
superstites sunt  
*Sophia Wilhelmina*  
Bapt. 31 Dec. 1718.  
*Concordia Johanna Carolina*  
b. 2 Febr. 1721  
*Juliana*.

<sup>1</sup>  
*Gustaviana*

<sup>1</sup>  
*Philippina*  
Mar. Petrus Paulus  
*Finauer* Consil. &  
Secr. Consist.  
sacri Boici,  
scriptis clarus.

<sup>2</sup>  
*Fridericus Christianus Carolus*  
Locumtenens in  
legione Reg. Bip.  
† in bello  
novissimo  
Francofurti.

<sup>2</sup>  
filia



nodo L. B. de & a Schorrenburg

UR ab Hasell

53, ex Academiis redux vitam agit Biponti privatus, & dicitur  
senior familiæ † 7 Febr. 1636.

lani fil. d. 27 Jan. 1590. † 1 Jan. 1636.

*Joannes Rupertus*  
x. *Magdalena Sibylla*, Jo-  
dovici *Schwebel*, Landfcribæ  
ifenhem. & Catharinæ Neu-  
hæufer filia 13 Jul. 1624.

*Joannes Vincentius*,  
† coelebs  
*Anna Margaretha* mar. *Job. Mantz*,  
oeconomus eccl. Cæsareo Lutrensis  
d. 7 Maji 1615.

ista  
neupel  
69.

*Eva Elisabetha*  
Mar. Jo. Adam  
*Braun*.

*Maria Rosina*  
Mar. Jac. *Rüdinger*  
d. 28 Nov. 1671.

ig.  
n.

*Joannes Carolus Christianus*, nat.  
5 Apr. 1589 centurio secundarius & cubicularius  
Ducis Bipont. Gustavi Sam. una cum fratre augetur  
titulo L. B. de & a Schorrenburg. † . . . .  
Vx. 1 *Christiana Sophia*, fil. Friderici de *Bering*,  
mag. aulæ Baruthinæ & Mariæ Elif. Wormserin  
de Vendenheim d. 24 Febr. 1721 † 26 Jan. 1739.  
2) *Juliana de Bodeck* in Ellgau.

*Jo. Frid.*  
n. 1692 † 18  
Febr. 1710.

1  
*Gustaviana*

1  
*Philippina*  
Mar. Petrus Paulus  
*Finauer* Consil. &  
Secr. Confist.  
facri Boici,  
scriptis clarus.

2  
*Fridericus*  
*Christianus*  
*Carolus*  
Locumtenens in  
legione Reg. Bip.  
† in bello  
novissimo  
Francofurti.

2  
*filia*

a



WOLFGANGUS secundus  
& Consiliarius Albtip. Neo-  
burgici a Consiliis tandem  
Canc. supremus On  
Vx. Brigitta de I

Frater  
Ux. Urfula

Sebastianus a K.  
El. Saxonix a consiliis bel-  
licis & tribunus militum,  
vivit Cassellis.

*Wolfgangus* n. Regiomonti  
Vx. Florentina de *Buhna*.

Sophia  
n. 24 Jul. 1553

Elifabetha  
n. 30 Mart. 1558

Maria  
n. 10 Jan. 1563

*Wolfgangus Rudolfus* tribu-  
Vicarius legionis Branden-  
Hispania militanti

n. 25 Aug. 1575

Regio-  
monti † 27  
Jul. 1559.

Argentorati,  
† triduo  
post.

*Jo* tres patri fuere superstites,  
Ingenii animi Maria Elifabetha & Anna Elifabetha.

† 14 D  
Vx. *Dorothea*  
a *Steinkallen*  
1666.

*Juliana Mag*  
16  
Mar. Phil. M  
kallensfels,  
Bi



*Sebastianus a Koeteritz*

Vx. *Mette von der Lehna*

*Nicolaus a Koeteritz*, dominus hereditarius in Sitten & Croptitz  
Vx. *Barbara de Nitschwitz* in Pörlen

*Sebastianus*, a K. dom. hered. in Sitten & Kroptitz  
Satrapa in Altenburg & Bitterfeld per 28 annos  
† Sittæ d. 1 Jan. 1548 an. aet. 77.

Vx. *Catharina Spiegelin* in *Pichen* † 23 Maji 1558.

WOLFGANGUS a K. Dom. hered. in Berga & Clodra n. Altenburgi 1516 Prof. Juris Regiomontanus secundus  
& Consiliarius Alberti Ducis Boruss. 1548, abdicatur Professione 1553, tum ab an. 1562 Wolfigangi Ducis Bip. Neoburgici a Consiliis & Advocatus Provinc. in Hochstedt, dimittitur, post 1571 Cancellarius Vinariensis, tandem  
Canc. supremus Onoldinus, † Magdeburgi d. 1. Maji 1575  
Vx. *Brigitta de Pack* d. 5 April. 1551 † 10 Jul. 1575 æt. 48.

Frater  
Ux. *Ursula*

*Sebastianus* a K.  
El. Saxoniae a consiliis bellicis & tribunus militum,  
vixit Cassellis.

*Wolfgangus* n. Regiomonti d. 11 Jul. 1554  
Vx. *Elorentina de Bulna*.

*Wolfgangus Rudolfus* tribunus militum  
Vicarius legionis Brandenburgicae in  
Hispania militantis.

*Hermannus* a K. n. 24 Jan. 1557  
Regiomonti, 1584-1583 supremus praetor n. Regiomonti  
Alceianus, 1584-1598 Consil. & praefectus  
Simmerensis, ab an. 1601 Consil. Veld.  
Lauterecc. † m. Jun. 1630.  
Vx. *Catharina Elisabetha*, filia heres Jo. Melch.  
*Wolf de Sponheim* & Cath. de *Ellenbach* fil.  
d. 24 Jun. 1590.

*Joannes*,  
n. Regiomonti  
d. 8 Jul. 1559  
† 17 Maji  
1560.

*Anna Margaretha*  
† 12 Jun. 1552  
Mar. Adam de  
Quingenberg  
in *Wenigen Aunen*.

*Brigitta*  
n. 10 Apr. 1553  
Mar. Jo. Ern.  
de *Teutleben*.

*Sophia*  
n. 24 Jul.  
1555 †  
25 Aug.  
1575.

*Elisabetha*  
n. 30 Mart.  
1558 Regio-  
monti † 27  
Jul. 1559.

*Maria*  
n. 10 Jan. 1563  
Argentorati,  
† triduo  
post.

*Joannes Henricus*  
Ingenii animique virtutibus illustris,  
† 14 Dec. 1648 Merxbemii.  
Vx. *Dorothea Ursula*, filia Melch. jun.  
a *Steinkallensfels* &c. d. 10 Maji 1631 † 26 Maji  
1666.

*Joannes Melchior*

Filiae, quarum tres patri fuere superstites,  
*Anna Margaretha*, *Maria Elisabetha* & *Anna Elisabetha*.

*Juliana Magdalena*, n. 6 Maji 1646 nubit 16 Jul.  
1660 † 19 Sept. 1718.  
Mar. *Phil. Melchior a Steinkallensfels* in *Stein-*  
*kallensfels*, Magister Aulae & Consil. intimus  
Bipont, † 23 Aug. 1692.







*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



ex antiqua familia patricia latinus † 19 Nov. 1592.

<sup>1</sup> <i>Joannes Christophorus</i> , n. 11 Febr. 1564.	<sup>1</sup> <i>Sibylla</i> n. 11 Maji 1566 † 30 Jan. 1568.	<sup>13</sup> <i>Anna Myria retha</i> n. 2 Maji 1570 † 9 Mar. Jo. H. Schwebel, cell. Bip	<sup>3</sup> <i>Margaretha Patientia</i> , n. 20 Jul. 1590 † 29 Mart. 1613. <i>Mar. Philippus Cammermeister</i> præfectus Rogkenhusanus.	<sup>3</sup> <i>Susanna Modesta</i> n. 17 Jun. 1592 † ...
--	--	---	---	--

<sup>1</sup> <i>Fridericus</i> n. 1 Jul. 1604 † 26 Jun. 1625 Hagæ comitum.	<sup>1</sup> <i>Maria Patientia</i> n. 10 Aug. 1607 † 1626.	<sup>1</sup> <i>Anna Maria</i> n. 16 Jul. 1613 † 17 Apr. 1659.	<sup>2</sup> <i>Maria Christina</i> n. 16 Aug. 1641 † 3 Jun. 1662 cœlebs, Neostadii.	<sup>2</sup> <i>Paulus Ludovicus</i> n. 10. 20 April. 1644.
---	--	---	---	--

<i>Juliana Maria</i> , n. 13 Sept. 1665. † 21 Maji 1733. Mar. Jo. Jacobus Schwebel, Consil. Bip. & satrapa Lichtenbergensis, d. 9 Jan. 1696 † 9 Apr. 1734.	<i>Ludovicus Guili-Fridericus</i> Jur. n. 8 Jul. Lichtenberg. 1607. † antepatren	<i>Maria Magdalena</i> n. Heidelb. d. 1 Sept. ft. v. 1087 † 15 Dec. 1703 Meisenhemii.
		<i>Amalia</i> , heres patrui Mar. Jo. Henricus Carolus de Lüls † 4 Maji 1765.



Gerhardus PASTOR Colonienfis,

ex antiqua familia patricia Aquisgranensi oriundus, n. d. 16 Aug. 1534 Procancellarius & Cancellarius Archipalatinus † 19 Nov. 1592.

Vx. 1) *Juliana Juditha*, filia Christophori Probi, Canc. Pal. † 31 Aug. 1575.

2) *Margaretha Wendelini Regensperger*, protonotarii Palat. fil. † 31 Jan. 1584.

3) *Margaretha Burghard* † d. 6 Mart. 1602.

<sup>1</sup> <i>Joannes Christophorus</i> , n. 11 Febr. 1564.	<sup>1</sup> <i>Sibylla</i> , n. 11 Maji 1568.	<sup>1</sup> <i>Anna Margaretha</i> , n. 23 Jul. 1570 † 10 Maji 1644.	<sup>2</sup> <i>Anna Maria</i> , n. 19 Febr. & † 4 Maji 1577.	<sup>2</sup> <i>Georgius Fridericus</i> , J. U. D. Bipontinus, † 7 Jan. 1645.	<sup>2</sup> <i>Maria Modesta</i> , n. 15 Jul. 1580.	<sup>2</sup> <i>Anna Regina</i> , n. 11 Jul. 1582 † 19 Aug. 1599.	<sup>2</sup> <i>Catharina Christina</i> , n. 24 Jul. 1583.	<sup>3</sup> <i>Maria Lucretia</i> , n. 17 Apr. 1589.	<sup>3</sup> <i>Margaretha Patientia</i> , n. 20 Jul. 1590.	<sup>3</sup> <i>Susanna Modesta</i> , n. 17 Jun. † 1592.
				Vx. 1) <i>Anna Maria</i> , Petri Cleinmann, Secr. Cam. Pal. fil. † ... 2) <i>Maria Margar. filia Jo. Frid. Schloeri</i> , Consil. intimi Pal. 18 Jun. 1631.	<i>Mar. Ludovicus Camerarius</i> , J. U. D. & Consil. int. Pal. 17 Apr. 1599.	<i>Mar. Hieron. Ziegler</i> , J. U. D. & Advocatus in supremo Imperii Dicasterio Spirensi.			<i>Mar. Philippus Cammermeister</i> praefectus Rogkenhusanus.	


<sup>1</sup> <i>Fridericus</i> , n. 1 Jul. 1604.	<sup>1</sup> <i>Maria Patientia</i> , n. 10 Aug. 1607 † 1626.	<sup>1</sup> <i>Anna Maria</i> , n. 1611.	<sup>1</sup> <i>Margaretha Elisabetha</i> , n. 2 Apr. 1612.	<sup>2</sup> <i>Anna Sibylla</i> , n. 28 Febr. 1632 † 12 Nov. e.a. 1640.	<sup>2</sup> <i>Maria Christina</i> , n. 10 Sept. 1633, † 6 Mart. 1640.	<sup>2</sup> FRIDERICUS, n. 12.22 Dec. 1635 Metis Procancell. Palatinus, dein Bipontinus † 26 Nov. 1701.	<sup>2</sup> <i>Louisa Sophia</i> , n. 20.30 Dec. 1638.	<sup>2</sup> <i>Maria Christina</i> , n. 16 Aug. 1641 † 3 Jun. 1662.	<sup>2</sup> <i>Paulus Ludovicus</i> , n. 10.20 April. 1644.
						Vx. <i>Anna Maria</i> , f. Pauli Strasburgk d. 21 Nov. 1664 † 27 Febr. 1609.	<i>Mar. Ludovicus Linsgelsheim</i> , J. U. Lic. Consil. regim. & Jud. Aul. Pal. 8 Mart. 1659.		<i>Neostadii</i> .

<i>Juliana Maria</i> , n. 13 Sept. 1665. † 21 Maji 1733.	<i>Ludovicus Fridericus</i> , n. 8 Jul. 1667.	<i>Elisabetha Louisa</i> , n. 13 Jun. 1669 † 31 Oct. 1689.	<i>Carolus Fridericus</i> , n. 23 Dec. 1672 † ante patrem.	<i>Philippus Ludovicus</i> , n. 1674... 1) Prof. Hist. & eloq. Rintel. 2) Hist. eccl. & eloq. Heidelberg. † 1 Jun. 1760.	<i>Aemilius Christianus</i> , Jud. Matrim. Pal. Consil. dein Director. † Vx. <i>Louisa Heiles</i> .	<i>Justus Guilielmus</i> , Jur. Cand. † Lichtenbergae post patrem.	<i>Maria Magdalena</i> , n. Heidelberg. d. 1 Sept. ft. v. 1687 † 15 Dec. 1703 Meisenhemil.
Mar. Jo. Jacobus Schwebel, Consil. Bip. & satrapa Lichtenbergensis, d. 9 Jan. 1696 † 9 Apr. 1734.	† ante patrem.			Vx. <i>Amalia Elisabeth Heiles</i> † 7 Jul. 1754.	<i>Ludovicus</i> Centurio palat.	<i>Fridericus Jacobus</i> , locumtenens.	<i>Amalia</i> , heres patrum Mar. Jo. Henricus Carolus de Luls † 4 Maji 1765.











Continuatio tina.

Joannis Suebelii, primi Bipontinorum I Bipontinus 1564-1569 tum Land-  
scriba Gutenbergensi Minfeldæ sep.

Vx. 1) Catharina, Henrici Wigand Mil  
2) Barbara Jacobi a Gottesheim  
3) Catharina Rinckin, Anvill

Margaretha n. 13 Aug. 1563 nubit  
22 Aug. 1580.

Mar. Joannes STURTZ, J. U. D. &  
Confil. Bipont. natus Meisenhemii  
patre Jo. Sturtzio, Tabernæmontano,  
cellario & Anna Sultzbacensi d. 31  
Dec. 1532 † 1622.

n. uæstor eccl. ceteri obierunt  
infantes  
n. 11 Mart. 1602  
Mar. 11 1609.  
pus e Adami  
te. ponhem.  
icenaci.

Joannes Rupertus  
n. 9 Jul. 1581.  
Vx. 1) Susanna Petenin  
Sept. 1607.  
2) Clara Felsin 11 Jun. 1610.

Susanna Catharin  
n. 12 Oct. 1582.  
Mar. Jo. Lud. Eysel  
löffel, d. 25 Oct. 1607.  
Adamus, n. 11 Mart. 1602  
Tabernæmont.  
rator in diœc. Germershem. (Musfauth)  
castellanus. † 2 Mart. 1668.  
Valent. Dithmari Confil. Bip. & Scholar-  
æ Hornbac. filia.

Joannes Rupertus  
n. 1609.  
Rei Pupillarum curator Alcei-  
ensis. (Musfauth)  
Vx. N. N.

1) Teloniogr  
2) Confilari  
Vx. Anna S

Samuel n. circa 1628 Pastor Hundsbac.  
1653-1657 dein Pleisvillanus † 9 Dec.  
1674.  
Vx. 1) Anna Maria Hahnenfeldin,  
2) Magdalena Henrich Hilsbach, Oeco-  
nomi eccl. Bip. fil. d. 30 Jan. 1672.

Joannes Reinhardus, n. 1 Oct. st. v. 1660 Baccl  
confilarius, tum ab an. 1694 a consiliis Regin  
senior consil. reg.

Vx. 1) Adelheidis Webelin, vidua Jo. Heinze  
2) Elisabetha, Ludovici Ziegleri Confil. &

Elisabetha Margaretha n. 13 Jan. 1700 †  
Mar. N. N. Cronsterna. prefectus vigilarum supremus  
Cubicularius Caroli XII Regis Suecorum 1719 †.

Filia unica, quæ nupsit N. N. Hildebrand, tribuno mi-  
litum vicario †

Sib  
n.  
degi  
pro



Continuatio I Genealogiæ *Schwebeliana*, cui inferitur familia *Sturziorum* Bipontina.

A  
Rupertus SCHWEBEL,

Joannis Suebelii, primi Bipontinorum Evangelistæ filius natus minor, n. 7 Febr. 1533 numerarius seu quæstor Bipontinus 1564-1569 tum Land-  
scriba Gutenbergensis & consiliarius cameræ, iterum quæstor 1572-1576 † 18 Mart. 1590. Minsfeldæ sep.

Vx. 1) *Catharina*, Henrici *Wigand* Miltenbergensis & civis Francof. ac Marg. Offenbachicæ fil. d. 17 Jun. 1560 26 Sept. 1580.  
2) *Barbara* Jacobi a *Gottesheim*, Consiliarii Auftriaci Landvogteicæ Hagenœnsis & Marg. Fesin fil. d. 4 Sept. 1581 † 13 Jan. 1583.  
3) *Catharina Rinckin*, Anvillana, d. 18 Febr. 1585.

*Margaretha* n. 13 Aug. 1563 nubit  
22 Aug. 1580.  
Mar. Joannes STURTZ, J. U. D. &  
Confil. Bipont. natus Meisenhemii  
patre Jo. *Sturtzio*, Tabernæmontano,  
cellario & Anna Sultzbacensi d. 31  
Dec. 1532 † 1622.

*Anna*  
n. 1565  
Mar. Philip-  
pus a *Got-  
tesheim*.

*Joannes Conradus*  
n. 12 Maji 1570 præceptor Rhebornensis  
† 5 Mart. 1607.  
Vx. *Anna Glasferin*,  
*Joannes Nicolaus*, n. 6 Aug.  
1596.

*Samuel*  
n. 22 Nov. 1577 quæstor eccl.  
Meisenh. † 2 Maji 1609.  
Vx. *Maria Salome* Adami  
*Flad*, Oeconomi Sponhem.  
filia d. 26 Apr. Cruenaci.

ceteri obierunt  
infantes

*Joannes Rupertus*  
n. 9 Jul. 1581.  
Vx. 1) *Susanna Petelin* †  
Sept. 1607.  
2) *Clara Fesin* 11 Jun. 1610.

*Susanna Catharina*  
n. 12 Oct. 1582.  
Mar. Jo. Lud. *Eysen-  
luffel*, d. 25 Oct. 1603.

*Anna*  
Mar. David.  
*Jung* Apo-  
ticiarius Al-  
ceiensis 27  
Jul. 1611.

*Heuricus*  
*Luderus* n. 1586  
Cellarius Bac-  
characensis  
Vx. N. N.

*Jo. Henricus*  
n. Meisenh. 1591  
*Jo. Daniel*, n. 21 Sept.  
1593  
*Jo. Philippus*, n. 8 Mart.  
1597.

*Fridericus Alamus*, n. 11 Mart. 1602  
1) Oeconomus eccl. Tabernæmont.  
2) Rei. Pupillaris curator in dioc. Germershem. (*Ausfauth*)  
3) Landscriba Novicæstallanus. † 2 Mart. 1668.  
Vx. *Anna Maria*, Jo. Valent. *Dithmari* Confil. Bip. & Scholar-  
cæ Hornbac. filia.

*Joannes Rupertus*  
n. 1609.  
Rei Pupillaris curator Alcei-  
ensis. (*Ausfauth*)  
Vx. N. N.

*Joannes Adam*  
1) Teloniographus Baccharacensis.  
2) Consiliarius Cameræ Bipont. & præfes Confil.  
supr. Ref.  
Vx. *Anna Sibylla Nordeckin*.

*Sibylla*, n. 23 Aug. 1598.  
*Margaretha*, n. 26 Sept.  
1600.

*Catharina Maria* *Samuel* n. circa 1628 Pastor Hundsbac.  
Mar. Philippus 1653-1657 dein Pleisvillanus † 9 Dec.  
*Carolus Schwebel*, 1674.  
Diac. Tabernæm. Vx. 1) *Anna Maria Hahnenfeldin*,  
2) *Magdalena* Henrich *Hilsbâch*, Oeco-  
nomi eccl. Bip. fil. d. 30 Jan. 1672.

*Joannes Reinhardus*, n. 1 Oct. st. v. 1660 Baccharaci, ab an. 1687 Charlottæ Fridericæ Principis viduæ Bipont.  
consiliarius, tum ab an. 1691 a consiliis Regiminis Bip. & ab an. 1692 Confil. supr. Reform. Præfes, tandem  
lenior consil. reg. dirigens ab an. 1715 † 4 Febr. 1718.

Vx. 1) *Adelheidis Webelin*, vidua Jo. Heinzenberg, Direct. Cam. Bip. dacta 23 Nov. 1694 † 25 Mart. 1696,  
an. æt. 34.  
2) *Elisabetha*, Ludovici *Ziegleri* Confil. & Secr. Archipal. fil. d. 15 Febr. 1698, ex qua sustulit 2 filios &  
duas filias.

*Elisabetha Margaretha* n. 13 Jan. 1700 †  
Mar. N. N. *Crespterna*, præfectus vigillarum supremus  
Cubicularius Caroli XII Regis Suecorum 1719 †.

*Sibylla Sophia*  
n. 7 Mart. 1702  
degit Homburgi  
pro e Franco-  
furtum.

*Carolus* n. 25 Jul. 1704 Biponti a Consiliis Administr. ab an. 1729 Regiminis  
ab an. 1740. Legationum locutus ab an. 1757 † 17 Febr. 1757.  
Vx. *Elisabetha Joanne Sibylla* Simonis Henrici *Gondola*. Judicii supr.  
Cam. Procuratoris emeriti & diversorum Sacrum Consilii aulici, filii  
unica, felix trium filiorum & quatuor filiarum mater.

Filia unica, que nupit N. N. *Hildebrand*, tribuno mi-  
litum vicario †



Joannes SCHWAEBEL, Civis & pello Wasserburgensis

Conradus, civis & pello Pfortzhemenfis.

Ux. Ursula Ritterin.

JOANNES, ecclesiarum Ducatus Bipontini primus Antistes a sacris reformatis 1523 & decennio post etiam pastor Biponti, † 19 Maji 1540, æt. 50  
Uxores tres, quarum tertia fuit Catharina Burggravia.

HENRICUS, J. U. L. natus 25 Aug. 1531<sup>3</sup> Consiliarius Bipontinus ab an.  
1558 & ab an. 1585 Cancellarius nobilitate Imperii ac Lotharingica or-  
natur; † 2 Jan. 1610.

<sup>3</sup>  
Rupertus  
A

<sup>3</sup>  
Elisabetha  
n. 2 Mart. 1535 † 1570

Ux. Margaretha, Conradi Semler & Catharinæ ab Offenbach f. d. 26 Jun. 1559,  
XI liberorum mater, ex quibus nominamus VIII.

Catharina n. 13  
Febr. 1561 † 9 Febr.  
1584  
Mar. Nic. Groshans,  
quæstor Bipontinus  
post præfectus An-  
villanus d. 12 Oct.  
1580.

JOANNES  
HENRICUS  
B

Joannes Ludovicus,  
n. 16 Aug. 1564. 1) Oeco-  
nomus eccl. Bip. 2) Land-  
scriba Meisenh.  
Vx. 1) Anna Conradi Breu-  
ning, prætoris Hagenoensis,  
& Annæ de Gottsheim f. d.  
19 Sept. 1588 † 16 Oct. 1597.  
2) Catharina Neuhauserin  
patritia Francofurt. d. Vor-  
mat. 5 Jun. 1599.

Fridericus  
Medic.  
Cand. n.  
2 Apr.  
1567 †  
Romæ 10  
Oct. 1590.

Susanna n.  
20 Apr. 1569  
Mar. Mich.  
Busch d. 7  
Dec. 1585.

Margaretha  
n. 9 Sept. 1574  
Mar. 1) Fride-  
ricus Ziegler  
J.U.D. Confil.  
Bip.  
2) Jo. Georgius  
Stahel, Med.D.  
d. 1 Sept. 1616.

Joannes  
Philippus  
C

Magdalena n. 16  
Mart. 1580  
Mar. 1) Jo.  
Adam Heryfer, d. 15 Oct.  
1594 2) Hieronymus  
Zinhauer, J.U.D. &  
Advocatus Bipont.  
d. 16 Maji 1606.

Barbara  
n. 17 Oct.  
1582  
Mar.  
Jo. Mich.  
Heuff, civis  
Argentini.  
d. 16 Sept.  
1606.

Jo. Henricus  
n. 12 Sept. 1589.

Nicolaus  
n. 21 Aug. 1591  
J.U.D. & Advoca-  
tus reipubl.  
Francofurt.

Anna Margartha  
n. 10 Sept. 1596  
Mar. Henricus Kefstler, Secret.  
Bip. post Landscriba Meisenheme tum Lich-  
tenberg d. 23 Aug. 1612.

Philippus Martinus Kefstler, pastor Contvic.  
& Antistes diœc. Bipont.

Joannes Ludovicus  
n. 18 Sept. 1501.  
Vx. Maria Magdalena  
Wilh. Eichhorn, præto-  
ris Baumholderani &  
quæstoris Lichtenb. fil.  
d. 7 Sept. 1630.

Joannes  
Fridericus  
n. Meisenhem.  
5 Dec. 1603.

Magdalena  
Sibylla, n. 19 Jun. 1605.  
Mar. Jo. Rupertus Schorr ab  
Hafell, Henrici Schorrii filius,  
Jacobi Cancellarii nepos.

An ex hac stirpe etiam Philologus hodie clarissimus, Nicolaus Schwebelius, Rector Gymnasii Egidiani & Prof. Gr. L. Norimbergensis, oriundus sit, ex ejus vita, quam vir cel. G. A. Will in Lexico erudit. Norimb. T. III, p. 647 sqq. descripsit, colligere non potui; ipse vero vir humanissimus jam facilius definiat.



a *Schwebeliorum.*

ad pag. 114

Civis & pello Wasserburgensis

et pello Pfortzhemensis.

vin.

reformatis 1523 & decennio post etiam pastor Biponti, † 19 Maji 1540, æt. 50

an.

<sup>3</sup>  
*Rupertus*  
A

<sup>3</sup>  
*Elisabetha*  
n. 2 Mart. 1535 † 1570

in. 1559,

<i>Susanna</i> n. 20 Apr. 1569 <i>Mar. Mich. Busch</i> d. 7 Dec. 1585.	<i>Margaretha</i> n. 9 Sept. 1574 <i>Mar. 1 Fridericus Ziegler</i> J.U.D. Consil. Bip. 2) <i>Jo. Georgius Stahel</i> , Med.D. d. 1 Sept. 1616.	<i>Joannes Philippus</i> C	<i>Magdalena</i> n. 16 Mart. 1580 <i>Adam Herpfer</i> , d. 15 Oct. 1594 2) <i>Hieronymus Zinhauer</i> , J.U.D. & Advocatus Bipont. d. 16 Maji 1606.	<i>Barbara</i> n. 17 Oct. 1582 <i>Mar. Jo. Mich. Heuff</i> , civis Argentin. d. 16 Sept. 1606.
---	---	-------------------------------	---	--

Secret. n Lich- ontvic.	<i>Joannes Ludovicus</i> n. 18 Sept. 1501. Vx. <i>Maria Magdalena Wilh. Eichhorn</i> , prætoris Baumholderani & quæstoris Lichtenb. fil. d. 7 Sept. 1630.	<i>Joannes Fridericus</i> n. Meisenhem. 5 Dec. 1603.	<i>Magdalena Sibylla</i> , n. 19 Jun. 1605. <i>Mar. Jo. Rupertus Schorr</i> ab Halell, Henrici Schorrii filius, Jacobi Cancellarii nepos.
-------------------------------	--	--	--

us, Rector Gymnasii Egidiani & Prof. Gr. L. Norimbergensis, oriundus sit, p. 647 sqq. descripsit, colligere non potui; ipse vero vir humanissimus jam



Continuatio III Genealog  
C

*Joan* Bipontinus,  
Vx. im XI mater,

*a* Barbara  
n. 19 Philippus  
Couns, parochus  
161erti villanus  
*Chri* Francovilla-  
*Pati* 1 Maji 1625.  
n. 16

*Joa* Margaretha  
n. 1acobus Lin-  
166cretarius Bi-  
Tabd. 21 Sept.  
Dru 658.  
1  
Vx.

*Joannes Philippus* S  
urii filius natu minimus n. 22 Aug.  
annis ab *Eich*, Truchsessii Kirchberge  
Balth. Hofmanno Cancellario, fecunc

n. 18 Aug. 1605 præfectus Sponhemic  
enbacensis † 20 Dec. 1647.  
an. *Patrick*, Landscribæ & præfecti vica  
rinæ ab *Eich* filia, Reinhardi Nordeck,  
Goarini vidua, d. 13 Jan. 1635.

1637 prætor Cuffellanus & Commissar  
*Linderi*, cellarii Nofeld. & Annæ Sin  
perorum mater, quorum duos omittim

fil.	<i>Joannes Henricus</i>	<i>Anna Catharin</i>
† 9	n. 12 Sept. 1665,	n. 8 Febr. 166
pro-	prætor Cassella-	<i>Mar. Jo. Jacobi</i>
æ	nus, † 19 Dec.	<i>Aulenbach</i> , C
	1727.	stellanus Lich
	Vx. <i>Anna Maria</i>	tenberg † 171
	<i>Hennesin</i> d. 26 Jul.	
	1698 † 3 Maji	
	1725.	

<i>Sabe-</i>	<i>Juliana Maria</i>	<i>Joannes Philij</i>
t. 1698	n. 10 Aug. 1701	post qu
1735.	† 7 Nov. 1760.	Vx. <i>Maria Ca</i>
Jac.	<i>Mar. Frid. Hartm.</i>	Consist. supr. B
onomus	<i>Koch, Oeconomus</i>	XI liberoru
berg.	eccl. Lichtenb. diœc.	
7.	† 3 Jan. 1766.	

<i>Vilhelmina</i>	<i>Anna Catharina</i>
Nov. 1704.	n. 27 Aug. 1706 † 18 Oct. 1737.
<i>Gervinus, In-</i>	<i>Mar. Jo. Jacobus Beck, Oecono-</i>
stor Cassellanus	mus Beckelnhemensis 1632
3 Dec. 1751.	† 4 Jun. 1767.



Continuatio II Genealogiæ *Schwebelianæ*

B

*Joannes Henricus* SCHWEBEL, Henrici Cancellarii filiorum natus maximus, n. 3 Dec. 1562, J. U. D. & ab an. 1587 Consiliarius Bipontinus, nobilitatem Imperii novo diplomate confirmatam habet, tum Cancellarius ab an. 1625 † 16 Maji 1635.

Vx. *Anna Margaretha*, Gerhardi *Pasfoir*, Cancellarii Palatini & Julianæ Judithæ *Probin* fil. d. 13 Oct. 1590 † 10 Maji 1644 liberorum XI mater, ex quibus V memorandi sunt.

*Joannes Rupertus*  
n. 19 Oct. 1595 J. U. D. &  
Consiliarius Bipontinus  
1619 † Buxovillæ 1635.

*Christina Patientia*  
n. 1629.

*Joannes Fridericus* n. 31  
Maji 1633.

*Joannes Gebhardus*  
n. 22 Nov. 1599  
Heidelbergæ operatus studiis an.  
1620 in Bohemiam discedit, &  
inde cum legato Bohemico abijt  
Constantinopolim, redux 1621  
Cellarius Godram Stoinensis  
† 1633.

Vx. *Joanna Catharina* Jo. Valent.  
*Dithmar* Consil. Hanov. post Bipon-  
tini filia d. 25 Maji 1630.

*Georgius Fridericus*  
n. 15 Jan. 1602  
Parochus Hornbacensis  
ab an. 1624 Tabernæmontanus  
1630-1659 tandem  
pastor Bipontinus & Anti-  
stes † 30 Nov. 1661.

Vx. *Anna Elisabetha* Sam.  
*Candidi*, Superintendentis  
Bipont. & Annæ *Keslerin*  
fil. 14 Nov. 1626 † 9  
Nov. 1664.

*Magdalena Catharina* nata 1604.  
*Mar. Jo. Wernher*,  
parochus Horn-  
bacensis d. 25  
Maji 1630.

*Maria Modesta*  
n. 28 Dec. 1611.  
*Mar. Jo. Dan. Schorr*  
ab Hasell, præfectus  
Cleburg. d. 25 Maji  
1630.

*Anna Barbara*  
Mar. *Philippus*  
*Groschans*, parochus  
Alberti villanus  
dein Francovilla-  
nus d. 1 Maji 1625.

*Joannes Fridericus*  
n. 1632 Diac. Bip.  
1660, tum pastor  
Tabernæmont. &  
Drusivill 1666 †  
14 Jan. 1669.  
Vx. *Cunigunda*  
1660.

*Catharina Margaretha*, posthuma  
† Octogenaria 26 Mart. 1713.  
Mar. 1) Jo. Daniel *Hofmann*, Cellarius  
Tabernæmontanus.  
2) Jo. Mich. *Pax*, culinæ aulicæ Magi-  
ster Biponti.  
3) Phil. Mart. *Kesler*, præc. Gymn. Bi-  
pont. post Pastor Contvicensis & Inspector  
Diœc. Bipont. d. 10 Aug. 1658 † 1678.

*Joannes Henricus* Diaconus & con-  
cionator Aulicus Bip. † 15 Maji  
1657.  
Vx. *Catharina Magdalena*, Simonis  
*Linderi*, Cellarii Noleldensis filia  
d. 29 Apr. 1656.

*Philippus Carolus* Diaconus  
Tabernæmontanus † 22 Oct.  
1661.  
Vx. *Catharina Maria*, Friderici  
Adami *Schwebel* & Annæ  
Mariæ *Dithmarin* filia 11  
Jul. 1661.

*Anna Margaretha*  
Mar. *Jacobus Lin-  
der*, Secretarius Bi-  
pont. d. 21 Sept.  
1658.



Continuatio III Genealogiæ Schwebelianæ.

C

Joannes Philippus SCHWEBEL

Henrici Cancellarii filius natus minimus n. 22 Aug. 1577 Cellarius Stadecensis, † 1 Dec. 1620.

Vx. *Elisabetha*, Joannis ab *Eich*, Truchsessii Kirchbergenfis & Margarethæ Senheim fil. d. 23 Jun. 1601

Vidua nubit Balth. *Hofmanno* Cancellario, secundum viduo 11 Mart. 1623 † 27 Jul. 1638.

Joannes Henricus n. 2 Dec. 1602.	<i>Joannes Carolus</i> , n. 18 Aug. 1605 præfectus Sponhemicus Allenbacensis † 20 Dec. 1647. Vx. <i>Margaretha</i> , Dan. <i>Patrick</i> , Landscribæ & præfecti vicarii Trarbac. & Catharinæ ab <i>Eich</i> filia, Reinhardi Nordeck, pastoris Goarini vidua, d. 13 Jan. 1635.	<i>Joannes Gerhardus</i> argentorat. degit ibique decumbens Testamento scribit he- rædes Jacobum Bosch cognatum & N. N. privignum, redit dein ad fratrem & † Trabenæ ad Mosellam 9 Mart. 1639.	Joannes Nicolaus n. circa 1611, † 13 Maji 1635 Argentorati.
--	---	--	--

*Philippus Jacobus*, n. Trabenæ 3 Maji 1637 prætor Cussellanus & Commissarius in diocesisbus Lichtenbergenfi ac Nofeldensi, † 11 Febr. 1688.  
Vx. *Catharina Magdalena*, Simonis *Linderi*, cellarii Nofeld. & Annæ Simonii filia, Henrici Schwebel, concionatoris aulæ Bipont. vidua, d. 2  
Sept. 1662, † 1 Dec. 1709. VIII liberorum mater, quorum duos omittimus in infantia mortuos.

<i>Joannes Jacobus</i> , n. 25 Mart. 1663, Consil. Bipont. & præfectus Lichtenbergenfis, † 9 Apr. 1734. Vx. <i>Juliana Maria</i> , Friderici <i>Pastoir</i> , pro- cancellarii Bipontini, & Annæ Marizæ Strasburgk fil. d. 3 Jun. 1696 † 21 Maji 1733.	<i>Joannes Henricus</i> n. 12 Sept. 1665, prætor Cassella- nus, † 19 Dec. 1727. Vx. <i>Anna Maria</i> <i>Hennesu</i> d. 26 Jul. 1698 † 3 Maji 1725.	<i>Anna Catharina</i> n. 8 Febr. 1667. <i>Mar. Jo. Jacobus</i> <i>Aulenbach</i> , Ca- stellanus Lich- tenberg † 1714.	<i>Anna Juliana</i> n. 14 Apr. 1668 † 7 Febr. 1714. <i>Mar. Phil. Go-</i> <i>dofr. Heintzen-</i> <i>berg</i> post Direc- tor Cameræ Bi- pont.	<i>Anna Mar-</i> <i>garetha</i> n. 3 Nov. 1669 † 28 Sept. 1695 <i>Mar. Jo. Jaco-</i> <i>bus Morian</i> , parochus Con- ckanus.	<i>Maria Magdalena</i> <i>Louisa</i> n. 11 Dec. 1672 † 31 Jan. 1698 <i>Mar. Jo. Georg.</i> <i>Gervinus</i> .	<i>Susanna Maria</i> n. 18 Oct. 1676 † 7 Jan. 1727. <i>Mar. Jo. Dan.</i> <i>Keller</i> , parochus Contvicentis.
--	---	--	--	---	---	--

<i>Charlotta Maria Mag-</i> <i>dalena</i> n. 5 Mart. 1697 <i>Mar. Georg. Tilem. Lier-</i> <i>nur</i> , præf. Falckenburg. & Consil. Cameræ d. 1716, † 15 Jan. 1732.	<i>Christina Elisabe-</i> <i>tha</i> n. 23 Mart. 1698 † 26 Mart. 1735. <i>Mar. Lud. Jac.</i> <i>Beck</i> , Oeconomus Disibodenberg. † 1767.	<i>Juliana Maria</i> n. 10 Aug. 1701 † 7 Nov. 1760. <i>Mar. Frid. Hartm.</i> <i>Koch</i> , Oeconomus eccl. Lichtenb. dioc. † 3 Jan. 1766.	<i>Joannes Philippus Jacobus</i> n. 26 Jan. 1699, prætor Cussell. post quæstor Gutenbergenfis † 8 Jun. 1650. Vx. <i>Maria Catharina Friderica</i> , Friderici <i>Joachimi Marx</i> , Consil. supr. Ref. Ass. & Commissarii Tabernæm. fil. 1729 XI liberorum mater ex quibus tres filii hodie officii præfunt.	<i>Anna Juliana Susanna</i> n. 7 Apr. 1709. <i>Mar. Philippus Ludovi-</i> <i>cus Hien</i> , Consil. cameræ Bipont. cum maxime senior.
--	---	---	--	--

JOANNES PHILIPPUS n. 1705 lætus, illustris pietate erūdita vitam agit privatam Cussellis.	<i>Amalia Wilhelmina</i> n. 11 Nov. 1704. <i>Mar. Jo. Frid. Gervinus</i> , In- spector & Pastor Cassellanus 1730 † 3 Dec. 1751.	<i>Anna Catharina</i> n. 27 Aug. 1706 † 18 Oct. 1737. <i>Mar. Jo. Jacobus Beck</i> , Oecono- mus Beckelnhemensis 1632 † 4 Jun. 1767.	<i>Joannes Fridericus</i> <i>Abraham</i> , n. 13 Jan. 1731 Secretarius Ca- meræ Bipont.	<i>Carolus Ludovicus</i> præfecturæ Taber- næmont a secretis,	<i>Fridericus Ludovicus</i> V. D. M. & cum maxime pastor Ludvillanus in comitatu Saræp.
--	---	--	--	---	---



ia Schwebeliana.

CCHWEBEL

—1577 Cellarius Stadelcensis, † 1 Dec. 1620.  
c Ensis & Margarethæ Senheim fil. d. 23 Jun. 1601  
viam viduo 11 Mart. 1623 † 27 Jul. 1638.

refus	<i>Joannes Gerardus</i> argentorat. degit ibiquedecumbens Testamento scribit he-	<i>Joannes Nicolaus</i> n. circa 1611, † 13 Maji 1635 Argentorati.
urii	rædes Jacobum Bosch cognatum & N. N. privignum, redit dein ad fratrem & † Trabenæ ad Mosellam 9 Mart. 1639.	


ius in diœcesibus Lichtenbergenfi ac Nofeldenfi, † 11 Febr. 1688.  
m nonin filia, Henrici Schwebel, concionatoris aulæ Bipont. vidua, d. 2  
us in infantia mortuos.

ia	<i>Anna Juliana</i>	<i>Anna Mar-</i>	<i>Maria Magdalena</i>	<i>Susanna Maria</i>
7.	n. 14 Apr. 1668	<i>garetha</i> n. 3	<i>Louisa</i> n. 11 Dec.	n. 18 Oct. 1676 †
us	† 7 Febr. 1714.	Nov. 1669 †	1672 † 31 Jan.	7 Jan. 1727.
1-	<i>Mar. Phil. Go-</i>	28 Sept. 1695.	1698	<i>Mar. Jo. Dan.</i>
-	<i>dofr. Heintzen-</i>	<i>Mar. Jo. Jaco-</i>	<i>Mar. Jo. Georg.</i>	<i>Keller, parochus</i>
q.	<i>berg</i> post Direc-	<i>bus Morian,</i>	<i>Gervinus.</i>	<i>Contvicenſis.</i>
),	tor Cameræ Bi-	parochus Con-		
	pont.	ckanus.		


<i>opus Jacobus</i> n. 26 Jan. 1699, prætor Cuffell.	<i>Anna Juliana Susanna</i>
æstor Gutenbergenſis † 8 Jun. 1650.	n. 7 Apr. 1709.
<i>harina Friderica</i> , Friderici Joachimi <i>Marx</i> ,	<i>Mar. Philippus Ludovi-</i>
ref. Aff. & Commissarii Tabernæm. fil. 1729	<i>cus Hien</i> , Conſil. cameræ
m mater ex quibus tres filii hodie officiis	Bipont. cum maxime
præſunt.	ſenior.

<i>Joannes Fridericus</i>	<i>Carolus Ludovicus</i>	<i>Fridericus Ludovicus</i> V. D. M.
<i>Abraham</i> , n. 13 Jan.	præſecturæ Taber-	& cum maxime paſtor Ludvillanus
1731 Secretarius Ca-	næmont a ſecretis,	in comitatu Saræp.
meræ Bipont.		














© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Color Control Patches

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8
Blue	[Light Blue]		[Cyan]		[Light Green]		[Yellow]		[Light Red]		[Light Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Cyan	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Green	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Yellow	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Red	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Magenta	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
White	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
3/Color	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	
Black	[Cyan]		[Cyan]		[Green]		[Yellow]		[Red]		[Magenta]		[White]		[3/Color]		[Black]		[Black]	



